

bien sûr que *Jobab* fut né dans *Bosra*? Où avez-vous vu cela? Vous avez cru le voir apparaître dans ces mots de la Genèse, xxxvi, 35 : *Jobab filius Zaré de Bosra*, répétée au 1^{er} livre des Paralipomènes, 1, 44: *Jobab filius Zaré de Bosra*. Mais premièrement quand il serait vrai que *Bosra* serait ici le nom de la capitale de l'Idumée, il s'ensuivrait seulement que *Zaré* serait originaire de cette ville, et non pas que *Jobab* y fut né. Secondement, vous ne devez pas ignorer que *Bosra* est ici nommée dans le grec de ces deux textes, *Bosorrhæ*; et que selon le grec de cet *appendix* qui vous déplaît tant, c'était le nom de l'épouse de *Zaré*, mère de *Jobab*: *Sa mère était Bosorrhæ*. Il vous a plus de traduire en ces termes: *Sa mère était de Bosorrhæ*, sans dire pourquoi. Vous avez apparemment suivi en cela la leçon de l'arabe; et quand nous la recevrons, il s'ensuivrait encore que l'auteur de cet *appendix* n'aurait point copié le texte de la Genèse, qui ne dit point cela; il s'ensuivrait qu'il devait être instruit d'ailleurs. Troisièmement, comme cette leçon de l'arabe ne pourraient se concilier avec celle de la Genèse, quoique de part et d'autre il s'agisse de *Jobab*, il y a lieu de présumer qu'il s'est glissé là quelque faute dans l'arabe; et que la vraie leçon est celle du grec: *Sa mère était Bosorrhæ*; car ces mots de la Genèse: *Filius Zaré de Bosra*, ou, selon le grec, de *Bosorrhæ*, pourraient bien signifier que *Jobab* fut fils de *Zaré* par *Bosorrhæ*, son épouse; ce qui concilie les deux textes. C'est ainsi que dans la généalogie de Jésus-Christ on lit: *Salmon autem genuit Booz de Bahab: Booz autem genuit Obed ex Ruth ou de Ruth*, car dans le grec c'est la même expression pour les deux. Et ceci même prouve que l'auteur de l'*appendix* n'a point ici copié la Genèse, qui ne s'exprime pas dans les mêmes termes; mais il l'explique en nous apprenant que le nom de *Bosorrhæ*, que l'on prend pour le nom de la patrie de *Jobab*, était le nom de sa mère; qu'ainsi ce nom, loin d'empêcher que *Jobab* ne puisse être le même que *Job*, sert, au contraire, à prouver que c'est le même, puisque l'un et l'autre se trouvent être fils de *Zaré* par *Bosorrhæ*, son épouse.

XVI. Que peut-on penser de cette maison de *Job* que l'on montrait dans la Batanée?

Vous allez enfin jusqu'à prétendre nous montrer le lieu où *Job* fut conduit pour y rester en captivité. « Une tradition, dites-vous, que saint Jérôme n'a pas dédaigné de nous conserver, mérite considération. » Vous pouviez dire *Eusèbe* et saint Jérôme, car c'est en traduisant *Eusèbe* que saint Jérôme en parle. « Voici ce que ce saint docteur rapporte dans son traité de *Loci Hebreatici*, à la lettre C, article premier: *Carnaim-Astaroth vicius est gradus in angulo Batanœ, et appellatur Carnea, trans flumen Jordanis; traductus ibi fuisse domum Job.* » *Carnaim-Astaroth* est un gros bourg dans un angle de la Batanée; il est au-delà du Jourdain et s'appelle *Carnea*. Les gens du pays ont une tradition qui leur apprend que la maison de *Job* avait été dans dans cet endroit. » Il vous

plut de paraphraser ainsi ces cinq mots: *Traductus ibi fuisse domum Job*, qui signifient simplement: *On a dit là fut la maison de Job*; et *Eusèbe* disait encore plus simplement: *On y montre comme par tradition la maison de Job*; *Ibi tanquam ex traditione ostendunt domum*. Vous voyez qu'*Eusèbe* et saint Jérôme ne témoignent pas y donner grande confiance. Mais vous allez y joindre une autre autorité.

« Procéde de Gaze, dites-vous, éclaircira cet endroit. Lisez-en le passage à la page 650 du second volume de la *Palestine illustrée*, d'Adrien Relan. Vous y verrez que le séjour de *Job* était la ville de *Saba*, non au-dessus ou plus loin que *Bethanie*, mais au-dessus et plus haut que la Batanée; correction appuyée sur l'autorité d'*Eusèbe* dans son *Onomasticon*, et sur celle de saint Jérôme dans son catalogue de *Loci Hebreatici*. Voilà donc un séjour de *Job* indiqué dans le fond de la Batanée, pays situé à l'orient de la partie du Jourdain qui coule du lac Sémeron dans celui de Génésareth. » Vous pourriez ajouter, pour nous le faire mieux connaître, que c'est le pays de *Basan*, dont il est si souvent parlé dans l'écriture. Cependant, ajoutez-vous, *Saba* n'est sûrement pas la patrie de *Job*, puisqu'il était de la terre de *Hus*, dépendante de l'Idumée... *Job* ne peut donc qu'avoir fait un séjour passager dans la Batanée; et c'est ce séjour que nous pourrions être celui de *sa captivité*. Malheureusement il est prouvé par le texte de *Job* que cette *captivité* n'est autre que celle par laquelle il fut livré dans la main de *Satan*, qui le frappa de plaies, mais qui ne le transporta point de la terre de *Hus* dans la Batanée. Dès lors cette prétendue tradition ne peut être fondée que sur quelque équivoque semblable à celles qui font que les uns placent son tombeau en Arménie, et d'autres à Constantinople, parce que deux hommes également appelés *Job* ont été enterrés, l'un en Arménie, et l'autre à Constantinople. De même quelques autres *Job* aura démeuré à *Saba* dans la Batanée, et l'on aura dit ensuite que c'était la maison du saint homme *Job* dont il est parlé dans l'écriture. Quoi qu'il en soit de l'origine de cette tradition, elle ne suffit pas pour prouver une transmigration dont le texte sacré ne dit pas un mot.

XVII. Conclusion de cette Dissertation. En quel temps vivait *Job*? Quel est l'objet de son livre?

Il n'y a donc aucune preuve de prétendue captivité de *Job* sous la main de Nabuchodonosor. Rien n'oblige donc de placer *Job* au temps de ce prince; rien n'oblige donc d'abandonner cet *appendix* qui se trouve à la fin du livre, et qui pour n'être pas divin, n'en est pas moins le monument d'une tradition qui concourt avec le témoignage même de l'écriture pour placer *Job* au temps d'*Amram*, père de *Moïse*, comme étant le même que *Jobab* qui descendait d'*Ésaï*, et qui était ainsi qu'*Amram* le sixième depuis *Abraham*, dans le même sens qu'*Hénoch* était le septième depuis *Adam*, c'est-à-dire, en y comprenant la souche de laquelle ils étaient issus.

Quant au rapport que l'on a cru trouver entre les malheurs de *Job* et ceux d'*Israël* captif à Babylone, ils paraissent n'avoir d'autre fondement qu'en ce que, selon la remarque de saint Grégoire et des autres saints docteurs, les maux dont *Job* fut frappé par *Satan*, et ceux qu'éprouva *Israël* captif à Babylone, représentent également les maux dont l'Eglise même de Jésus-Christ se trouve affligée dans le monde par la malice du démon ou par les passions des hommes, et dont elle ne sera pleinement délivrée que dans l'éternité bienheureuse. Mais deux objets qui sont le symbole d'un troisième, ne sont pas pour cela le symbole l'un de l'autre. Ainsi cette poésie magnifique véritablement renfermée dans le livre de *Job*, n'exprime point les plaintes de l'Eglise d'*Israël* captive à Babylone; mais sous l'image des gémissements de *Job* sur ses propres maux elle exprime les gémissements de l'Eglise de Jésus-Christ affligée au milieu de ce monde, dont Babylone est l'image.

(RONDET.)

JOANNIS ERNESTI MULLERI DE TERRA JOBI AD JOB I, VERS. I, Dissertation.

Prooemium.

Quanta cum laude ac gloria, quovis aeo, viri, in omni scientiarum genere versatissimi, circa historiam Jobi, viri illius perfect ac justi, Deumque tenetis, et a malo semper recedantis, emiculandam sese occupaverint; profundam eorum, nec vulgarem, doctrinam inspicentes non injuria ingeminando dicimus: Benedictus tu, Deus noster, totius mundi Domine, qui benignus es, et benigne exerces, qui Israelem de core coronasti (1), id est, das sapientiam timentibus te. In duodecim autem potissimum questionibus endandis laudabilis horum opera vertitur, quas praeceteris eruditissimum Chemnitius in dissertatione theologica de Personâ et Libro Jobi (2) persequitur, que persona et stirps ipsius fuerit; inquirendo, que ejus patria et parentes, tradiendo, que morum qualitates, disquirendo, que uxoris et liberi, recensendo, quam crucem sustinuerit, explicando, que libro insit veritas canonica, vindicando, quisque verus hujus auctor perhibetur, asserendo, et que denique styli maiestas ac difficultas, nec non comprehendissima distinctione, et tutissima interpretandi ratio, fusé satis proponendo. Inter has vexatissimas questiones prima recensissime de ipsius Jobi personâ ac stirpe moverit; quis enim Jobus fuerit, et unde oriundus, admodum controversum est; quare et rabbi Meir, multe Thalmudicorum scriptorum lectione celebris doctor, in suo ad primum libri Jobi caput commentario ita disserit: « De viro hoc perfecto (Jobo) inter doctorum principes confirmata Scriptura, dicente quod fuerit in terra Uz, quemadmodum et Jeremias tradit: Gaudete et latate, o filia Edomi, o que habitas in terra Uzi, etc. Nec congruit, si quis dicaret, quod nullus unquam vixerit Jobus in mundo, siquidem Ezechiel docet: Etiam si essent hi tres viri in ea, Noah, Daniel et Jobus, ipsi cum justitiâ sui eriperent se ipsos, dictum Domini Jehovah. Si vero opponens exciperre vellet, forsitan alius quisquam fuit Jobus, cuius meminit Propheta, huic idem regere licet de Daniele et Noacho, et hem i queso, alio in loco scriptum legitur: Si instaret Moses et Samuel coram me, minime esset animus meus erga populum istum, et alium quidem Samuelem filium Abihud inventum in sacris litteris; sed non alium Jobum. » Prator

(1) Utuntur hac nominis divini celebratione Judei, si inter epulas solito generosus vinum, vel suavior fundatur potus, et ite presentum, qui primus degustat, hujuscemodi precatinuleculas consacrare debet, teste Buxtorf. in Syng. Judaic. c. 7.

(2) Habita est lenge anno 1663, respondente M. Bartholodo Mullero, qui alias ejus se auctorem esse statutus.

Judeorum doctores Muhammetistarum quoque mystas allegare possimus, siquidem Kessius Arabicus scriptor pag. 89, expressè hanc Jobi genealogiam continent, citante Chemnitio: « Jobus filius Onimez, filii Onhal, filii Esavi (1), filii Jacobi, filii Isaci. Plura leguntur surata 20, pag. 180, et surat. 37, pag. 236. Invictos verò et eternos huic veritati sufficiende sestibicines prestant, quos ab ipso Deo in Ecclesiis orthodoxe propagantes affectos habemus, de quibus verò illud Judeorum dicerum, quād de eorum rabbini, pronuntiat: *Omnia eorum verbū sunt verba Dei viventis.* Quim igitur historia Jobi nequam in fabulam vulganda sit, sed Jobum, perfectum patientiae exemplar, in vivis aliquando fuisse, simplici (2) veritatis oratione adstrebere licet, quare ut absque prolixiori prefamine indicare nunc agendiarum, in cuius propugnanda hypothesis discrimine hinc haec nostra apparitura sit in publico disseratio, virtute scilicet non propriā, quemadmodum de sese olim glorabatur Alexander, à rebus gestis Magnis dictus, nomine hodie perfamulari, verum divini Numinis, auxilio suffulti hume nodum Gordium resolvere ac rescindere, et qualis terra fuerit in quā vixisse Jobum sacrā confirmatum est auctoritate, paucissimis inquire, apud animos constitutus. Te verò rogamus, benevolo lector, ut, sicuti *te in nō grānum pīpīs pūnat* (3), illud iterum tibi exendum benevoli non exhibeas. Interim « ad te, ò Deus, stillat oculus meus, ut doceas me, qua dissidente sit mihi, ad te, Jehova, clamabo, et ad Dominum orabo; audi, Jehova, et miserere mei; Jehova, esto adjutor mihi, propterea canet tibi gloria mea, et non taetebi. Jehova, Deus mi, in seculo confitebor tibi: penes te est fons vita, et in luce tua fruimur luce. »

§ I. Terra igitur, in quā Jobus, libro 2 de Patientia Jobi, atatem suam exiguisse in sacro fertur codice, proprio nomine Uz signatur, cuius quando etymologiam perquirere incipimus, nec quidquid ab officio nostro alienum faciemus, ut ordine, que bonarum artium mater est, incessisse videamus, neque triste illud Arabum proverbium in nos dictum experiamur (4): *Uique ille cum insanī sūd p̄veniet ad negotiū suū.* Dorivatur autem *à consilīo, vel consultū;* quare Isa. 9, 6, *consules et consultatores vocantur, et consilium nota;* atque *deliberationes*, Prov. 12, 20, sunt, qui pacem suadent; radix enim Chaldaica retinet Hebreum significacionem, et recente Buxtorfio in Lexic. Rab. Talmud. rabbinis familiare est illud dit.

(1) Manifestum hic suppeditatum specimen, quād nefario ausu Muhammed, pessimum illi pseudo-prophetia, Scripturā seriem perverterit, qui fratrem Jacobi Esavum pro ipsius filio venditat.

(2) Simplex vocatum veritas, quād omnes negligit orationis fuses. Conf. Adagia Erasin. Roterodami sub tit. *Liberitas*, p. m. 387.

(3) Euudem sequens involvit, quem illud Gallorum: *Una mouche t'a piqué, seu aliqua res te offendit, plurassis proverbialis est, non pīpīs nōpōnōs.*

(4) Dicitur in eum, qui sine consilio ac methodo sua negotia tractat, et dirut, edificat, miscet quadrata rotundis, ut Horatius loquitur.

(1) Chondrilla, teste Jonstonio in Polymathia philologica lib. 1, c. 52, § 155, lactuca genus, quād gramos mastechi similes, loba magnitudine, in ramulis imis gerat; dictior, Gall. *lettūn*, Ital. *Chondrilla*, Hispan. *Leituga*, Adrianus Junius in Lexico philologico, pag. 152, scribit: « Chondrilla est species sylvestris endivice, pīsimili ambubezia. »

« ses illis (qui sunt ē populo Israelis) sedulō percuti etiamini de isthō viro, cuius annorum longitudo tanta est, quanta arboris (vel maximē annos) et qui obtegit generationem suam non secuts ac arbor. » Omníno hic sum nobis somnium narrat, credat Judeus Apella istas Talmudicas argutias, ne dicam insanas; priori potius etymologis inhaeremus, nam ubi rerum sacrarum testimonia adsumt, non opus est rugis rabbinieis.

§ II. Cum vocabulum us secundū computationem Masoreticam ter (1) in lege Dei, eidem sermonis senūminis propriā formā, affectum, et alibi quoque alia, occurrat, atque non idem ubique objectum respicit, ab aliquā liberandum venit: aquilonatione, varia ejusdem significacionum recensionē instituta, sic 1^a Genes. 10, 23, legenti sese statim offerit locus, in quo nomen viri designat, qui inter filios Aram refertur, et Damascum, urbem totius Syriae nobilissimam, condidisse putatur, à quo ipso Utzeo, ex mente Schmidii (2), procul dubio hec terra, in qua Jobus atatem egit, nomen olim accepit, id quod infra pluribus ostendere amittere. 2^a Genes. 22, 21, idem vocabulum, cui libido est inquirere, deprehendet, tanquam nomen primigeniti Nachoris propriū, cui hoc indutum esse putamus in memoriam ejus, qui ante ipsum hanc terram possederat, et de suo dixerat nomine, siquidem Nachorem hunc quoque terre tractum coluisse, quem Arami filius Utz à patre obtinuerat, nullā indigere prolatione existimamus. 3^a Genes. 36, 28, ab eodem spiritu propheticō idem nomen repetit, filii Disan, Neptoi Seru Esavi impostum, postquam nunc in uso esse experimat. Primum in Par. 1, 17, respectivo inventur, id quod ē scena Philologiae sacrae, gaudentis celeberrima Scripturae lectio, notissimum est. Sed quando Thren. 4, 21, haec verba leguntur, jam supra dicta (3): *plaudite ac latete, filia Edomī, habitans in terra Utzī*, Job. 1, v. 4, quemadmodum etiam in illo inciso, quod dissertationi materiali supeditavit, nomen ΥΥ nomen regionis determinare, in ore et oculis omnium est positum. Ast qui, referente Raschi, hoc quoque in loco illud pro ipsius Jobi nomine revertere audet, ita enim Raschi rem omnem recenset: *Sunt quidcum Utzēm esse ipsum Jobum, et Bus Eliū (4) filium Barachielis (5)* Buschite, quod Job, cap. 31, vers. 34, dicit: *Ecce Bus despicio familiarū humiliavit me, nempe qui ē familiā est, in malam partem verbi mea interpretatur, et hoc est, quod homine proverbio dicunt: Ex ipsā est, et in ipsā sylvā reddit securis (6).* » Ar-

(1) Ter in lege Dei occurrit annotatum Masoreticā tantum propriū nomen.

(2) Auctore Bocharto in Geograph. S., part. 1, cap. 8.

(3) Ex interpretatione Raschi, vaticinatur Jeremias de vastatione templi secundi, quod Romani destruxerunt.

(4) Eliū, quartum Jobi amicū, fuisse ipsum Bileamum (de quo Num. 22, 5) docet S. Hieronymus, confer. Comm. vastissimum Jobi Boleci in caput Jobi 32, 2, § 2.

(5) Barachiel, pater Bileami; conf. 1. c. fides sit penes auctores.

(6) Invenitur hoc proverbium in tract. Sanhedrin.

bitor in eo hesitare erroris luto Judeorum Magistros, ac si Jobus esset ipse Nachoris filius natus maximus, et Bus ipsius frater, ē Milca progenit, Genes. 22, 23, huc errandi consuetudo in rabbini prope immediabilē facta est, et in habitum transit, quod Scripturam in quenamque sensum contorqueant, ó dementem hominum exactitatem sed nolumus hisce ineptis emendandis inhaerere: nam, *ā unā cīcō māl pīo mostrar s'ā camīo*, ut Itali proverbo loquuntur.

§ III. Synonymorum ingentem texere catalogum possumus, si in illorum numero isthac omnia habere velimus, quibus interpres terram Uz describunt, quemadmodum et subsequentius incisa benevoli lectori clarissimā innotescet. Cūm verò ipsius rei necessitas sat superque arguit, pleraque haec nomina, singuli singulis terris propria, *sicuti notūm*, in unum subjectum cadere non posse, isthac divisionis opera nobis exinde emascetur, qua vera et subjecto convenientia à falsis et inconvenientibus seccernamus, et quorum in conciliatione omnis ludatur opera, ad quod distinguendū negotium in subsequentibus cursum et cogitationem nostram accommodabimus, juvat in presens solūmodo eorum aliqui, sive vera, sive falsa sint, per saturam hinc resuscitando commemorare, quae ex amplissimā interpretationē sylva in hasce domū nostre angustias, tanquam cursum dissertationis suppelleant, congererent. Hie igitur brevissimum illorum indiculus est: Armenia, inque ea, si dūs placet, Constantinopolis, Assyria, Syria, Aegyptus, Edom, Arabia, et in specie Idumea, Mesopotamia, Chanaan, aliaque, circa quorum distinctionem, aut conciliacionem, omnis nostra occupatio agitabitur. His ea insuper adiungimus, quae in receiptissimis S. Scripturae versionibus dantur. Septuaginta viralis vocat eam ἡσίς (1), Chaldaica et Syrica per omnia cum textu originali hæc in parte consentiunt, ultraq; enim nomen Uz retinet, à quibus parum abit Arabicā, in omnibus plerisque elegantissima: *Fuit vir aliquis in terra usi; nomen ejus Jobas.* Vocat ergo Usitidem, quod idem est ac Ausis. Doctissimum Bochartus in Geograph. S., part. 1, cap. 8, pag. 90, pro more suo eruditissimē conatur ostendere, Arabicum *Gaut*, *Gauta*, vel *Alganta* idem esse ac nostram terram Uz, quam sententiam lectori expendendam relinquimus.

§ IV. Sed, *dies brevis est, et operis sat plurimā*, dicente Rabbi Jehuda, festinandum igitur et nobis ipsis erit ad illius functionem negoti, quod in nos suscipimus, ad gloriam Dei simul referentes omnia; nam quicunque occupati sunt negotiis, debent hoc ipsum (a-

c. 4, in fine, in eos usurpatum, qui suis, unde orti, danno et exitio sunt. Vide Lexicon Buxtorf. Talmud. Rab. p. 5. Dicimus alías anguum in simi fovere, sive liquor catulos, canem atere extermum, tanquam actes nutritiōis mercede persolvit.

(1) Graco alías nomine vocat *εχειν*, quod vi etymologias terram significaret, in quā iterum frumenti apparatus inventur, qui enim ex Aegypto per Arabinam desertum conveant, musquā frumentorum vestigia evidet, sed in hac terram delati campos frugibus omnis generis culidisimos oculis Herum usurpare incipiunt.

eere propter Deum, attestante rabbi Gamaliel, rabbi Iehuda filio. Presenti igitur animo nunc exordium demonstrare, quam terram Uz fuisse nobis probabile videatur. Attamen ne novum et inauditum quid in medium proferre judicemur, è plurimis aliquam sententiam eligimus, que ad veritatem quām proximè accedit, diversas igitur auctorum opiniones ante canramus, et quantum fieri poterit, conciliabimus, quām certam aliquam ac definitam, non nostram quidem, sed viri maximè auctoritate consuepiam propugnemus, ad hoc faciendum modò laude à nobis insiguitus rabbi Gamaliel suo nos monito excitavit, dicens: *Fac tibi magistrum, et abstrahere temetipsum à redibit.* Lubet autem in praesens viro synagoga Iudeicae primittere, et, que illorum mens sit, cognoscere, ex illis primū sese offert Aben-Esra (1), hic suū in commentario ad locum controversum ita suū, quām in pectore fovi, sententiam protulit stylo, cœvi solet, brevi et conciso: *Locus Jobi propinquus fuit Haran, sicut scriptum existat, et obit in terram filiorum Orientis.* Jacobus scilicet iuratum fratrem fugiens, et è patria versus Orientem in Mesopotamiam tendens, ut in Nachoris familiarum, è quā prognata erat mater ipsius, sese committeret, Genes. 29, 1), quantum ex ejus verbis divinare licet, hic Rabbi Jobus non Esav, sed Nachoris, posteritatem annexit, est autem Haran urbs. Asie, et quidem in Aram Naharim seu Mesopotamia, Latine intermaria dicta, quod inter Tigrim et Euphratē media sita sit, ab Abraham fratre et Loti patre nomen accepisse fertur, quām auctores sā historiā cognitione geographiae scientiam maximè sufficientes Carras esse existimant, in profinis Crassi et imperatoris Caracallae cladibus (2) nobile oppidum, licet ali potius à fluvio Syrie contermino ac cognominē nomen ducere putetur, qui in Euphratē sese exonerat (3). Quantum è verbis citatis liquet adeo imprudens hic Rabbi non est, ut terram Uz pro certā in terra et speciali Mesopotamia provinciā haberi voluerit, quām provinciam alia comprehendens ei non dicimus esse vicinam, quid si igitur hic Rabbi terram Uz intra Mesopotamia, seu ut hodie vocatur, Halapie, limites constituset, quod mihi videtur, ejus absurditate non carcer oratio, exterram potius esse novit, et Cartis, in limitibus positis, idcirco proximam esse tradidit, nec non Euphrate à Mesopotamia sejunctam, tanquam specialem et minorem Syrie provinciam, ab occasu australi Arabiam contingenentem, non illam felicem, verum desertam, cuius incolarum irruptionibus hæc terra perpetuo perdet, id quod adeo in proclivi Ara-

(1) Judei hunc Aben Esram propter insignem in sa-
cri litteris, et præcipue in philosophicis cognitionem
vacuum, sicut nos Aristotelem vocamus
Philosophum. Conf. Philol. Hebraeo-Mixtum Leidenii
diss. II. 17, quast. 3, § 5.

(2) Vide Lucan. lib. I :

Assyria Latio maculatum sanguine Carras.

Distingueda est hec civitas à Carrâ, ut scripture, ita et sī, quippe que est civitas Arabie ad Rubrum mare, teste Plinio lib. 6, cap. 28.

(3) Doct. Bochartus in Gengr. S. lib. 2, cap. 14,
ubi testatur, hodiernum hanc urbem Arabes vocare
Carram.

ibus haud fuisse, si aditus ipsiis præclusus fuisse profundissimo et rapidissimo flumine interjecto Euphrate (1), qui Nili modo statim temporibus increscit, et Mesopotamiam inundat, Rabbi Aben Esra subiungimus statim rabbi Salomonis Jarchi sententiam, cuius maxima quoque inter Iudeos est auctoritas (2). Hic in suo ad Jobum commentario ita sentire deprehenditur:

« Vir fuit in terra Uz, hoc est, in terra Aram (seu Armenia), sicut scriptum est (genit. 1), et Uz, primogenitum ejus, de filiis Nachoris, » Gen. 22, 21. Quæ verba si penitus intropisciamus, cuius omnia obvium erit, huic quoque, in sapientissimorum numero apud Hebreos haud postremo viro, eam insedisse mentem, ac si terra Uz nomen summa à primogenito Nachoris acceptum gestaverit, vel quod cam forsitan primus tanquam derelictam, legitimā habitatione occupaverit, vel hæreditate accepit, vel donatione parentis sibi attribuerit propriam, vel alio legitimo acquirendi modo appropriaverit, sicutidem et illi sententia accedunt plures, huic terra nomen inesse summum ad hoc Nachoris filium. Verum illud scitè satis dividui nequit, ac per Aram ipsum quoque Mesopotamiam, notissimam è Scripturis mansionem Nachoris, id quod ratio superioris allegata existimare vetat, an aliam, ab hac non adeo procul distans, ipse intellegat velit, sicutidem Aram, perulgato historicorum stylo, nomen generale est, plures et distinctissimas provincias (5) designans, aliquando etiam culmissimum certe regionis tractus indicans, sic nihil attingit multis nos de hoc dicere, sicutidem omnes aliquā histōrie et Geographiae scientia instructi confitebantur, non Mesopotamiam solum, et quidem Naharajim Mediam, nam alias quoque provincias hoc nomine Aram indigitari, quin imò fertilissima Mesopotamia regio padam aram vocatur, de qua Ciceros verba, lib. 5 de Natura Deorum intelligenda erunt, quando ita disserit: Mesopotamiam ferilem efficit Euphrates, in quā quotannis quasi novos agros invexit. » Datur et Aram Soba, que ab ortu Euphratē, et occasu Damascenos contingit, hanc excipi tertia, Aram Damaseck, seu Syria Damascena, vel Ibla, inter Libanum et Antilibanum contenta, in quā Damascus in metropolis lande ac gloriā ponitur. Præterea et Aram Bethrehob prop̄ Epiphaniam ad aquilonem terræ Canaan vergens, et Aram Maacha, urbs Palastinae trans Jordaniā condita annontatur; quæcūq; igitur inedita,

(1) Euphrates adstipulante Strabone ex Niphate monte Armenia nascitur magnus, profundus et celerrimus est, et Ambrosio consciente dicitur, à levificando, quod circumiacentem agrum restagnotum suis adeo latum fecundumque reddat, ut sequente anno sponte restabilis fiat seges, impressum tantum vestigio seminibus. Plin. lib. 18, cap. 15 et 16.

(2) Ideo tanta R. Schelemonis Jarchi apud Iudeos est auctoritas tum quia in totum ferè Talmud commentatus est, tum etiam propter eximiam sanctitudinem et scientiam, quā futuros eventus certè prædictissime fertur, adeo ut eum pro semi - propheta habuerint. Vid. Leund. l. c.

(3) Doct. hoc scipius citatus Doct. Bochartus in Geograph. S. lib. 2, cap. 6, pag. 89.

quam terram Raschi subintelligandam esse fortè censeat? Duas posteriores species hue non quadrare facilè animadvertisimus; sunt enim non terrarum, sed urbium, nomina, neque ad Aram Naharim descendendum esse, jam supra exposta ratio admonet, duo ergo provincie Aram Soba et Damascena, relinquuntur, quarum prioris meridionalior pars à Coësryā distincta, cum Arabibus et Sabæis, à Sabæis probè discernendis (1), vicinor fuerit, in eam quoque partem, procul dubio meliorem, verba auctoris interpretabimur, siquidem isthac æquitas nobis religionem affert, ne quemquam erroris arguanus, nisi ipsomet preceps in nimium apteros ac palpabiles quasi ruit. Rabbi Meir de Maimonide, qui et Ramban à Iudeis dicitur, refert in eam inductum fuisse sententiam, ac si nullus unquam vixerit, quod rabbini in tot diversissima de terra Jobi sententiarum diverticula aebant, ita autem hujus rei recensionem pergit: « Neque de hoc (2) solum contentio inter Thalmidistas orta est, et verum etiam super hujus rei veritatem evolvunt omnes ipsorum effundit industriae quam gentem suā nativitate celebraverit, Israëlitam, an extraneam, quemadmodum in loco citato aperitur, adeo ut in hac rabbinorum confusione constitutus de origine scilicet Jobi, cùm nequicquam certi de loco et habitatione Jobi constet, rabbi Maimonides ad dubit sui stabilendi necessitatem (scilicet quod aliquis unquam fuerit Jobus) adactus sit, sicuti hoc manifestum est in cap. 22, part. 3, libri ejusdem. » Quare hic rabbi Meir tractore quasi anxius, et curis quotidiani exercitus postquam omnes animi sui nervos resurrexit intendit, ut veram Jobi originem eruat, eo deinde quā si inclinat decisione, Jobum è numero gentilium fuisse, dicendo: *Sic ergo discimus, quod è gentilibus fuerit;* denique in ea crumpit verba: « Majoran mihi dubitanti rationem afferunt, patria ac genus ipsius, quoniam hujus nominis nusquam in terra celebri aliquis locus repertitur, nisi quod scriptura dicat et reges Uz (3), non novimus enim, quales reges intelligent, nisi ad illam terram nos animos intentos habere velit, in quā peregrinatus est Uz, filius Dison, de filiis Seir, sicut scriptum existat: In ipsis sunt filii Dison, Uz scilicet et Aram (4) aut eum respicit Uz primogenitum Nachoris (5), quem Milca eidem peperit, sicuti dicitur, peperit etiam ipsa filios Nachori fratri tuo, Uz primogenitum ejus,

(1) Illi enim Syri sunt natione, hi autem Arabibus numerantur, quæ confusio gentium in historiis monumentis frequentissimis errores parit.

(2) Scilicet, an illus unquam vitam ac spiritum duxerit, simplici isthac, fucique experte Piete in clytus Jobus, qui per tot annorum decursiones in Schol patienter desudaverit, ac virtutis sua specimena in istac de ipso historia descripta reliquerit.

(3) Jer. 25, 20. Arbitrariunt Junius et Trenellus in notis: intelligere prophetam populum quemdam miscellaneum è diversis et variis gentibus confutatum habitantem in desertis finitiim Jerusalem, cui sententia adstipulatur Abarbanel.

(4) Gen. 36, 28.

(5) Gen. 22, 21.

et quemadmodum Tanebuma dicit in sectione (1) Abraham valde veritus est castigationes, verum dixit ei Deus Benedictus: non isthac meū opus est; jam enim natus, qui eas ipsas suscipiet, sicuti dicunt est, et Uzum primogenitum ejus, et in Commentario ad lib. 4 Mosis, sive librum Num. inventimus, Uz filii Jobus, sicut dicitur, vir fuit in terra Uz, Jobus est nomen ejus, et hoc terra ejus fuit Mesopotamia, urbs vero ea ipsa, in quā habitavit Nachor, frater Abrahami Domini nostri. » Præterquam quod hic rabbi in eam effundatur licentiam, et expressis verbis asserat Uzum ipsum fuisse Jobum, et terram ab ipso nominatam esse, communī calculo approbat, et Mesopotamiam quoque eam esse non reveretur propugnare, sed quām lubrico haec opinio fundamento nitatur, quilibet oculis et ratione rectè utens videt, quemadmodum in nostra sententia vindicatione inferioris in medium adducenda, argumentis et rationibus refellimus. Pluribus, non melioris tamē farine, sententiis adducendis sese occupat, modo citatus rabi, boni, quod putat, interpreti officio satisfaturus. Sic invenimus mysticam quoque rabbinorum interpretationem: « Ecce, quanto Deus T. O. M. opere portam Jobi acceleraverit è Sabæa usque ad pagum Cerinum per plus quam trecenta millaria, et quam primū peccaverat, irritus in ipsis Seba (2), et cepit eosdem; videtur quod pagus Cerinus in ipsa terra Uz fuerit; quemadmodum invenimus in cap. 1 Megilla, quod Mardochai impio Hammani dicit: « Tune tonsor (3) hic aliquis adest è pago Cerino et sunt quidem Elam, Uz, et pagus Cerinus loca vicina, neque longè ab adversa parte fluminis (4) se juncta, sicuti dictum est. » Hic omnino aliqua Sibylla opus est, quæ hanc nobis benevolentiam praestet, et quānam terra pars hunc pagum contineri rabbini existimat, nobis planum faciat, si nostro hic uti letat judicio, arbitratur, nomen regionis ac pagi in isthac Thalmidico commento confundi, Ceron, regio est amoni feracissima in Armeniā, et quidem majori, ubi, narrante Josepho Antiq. lib. 20, cap. 2, arca illius religiosa sunt, in quā Noe diluvium evassisse fertur, hodiisque ostenduntur videre volentibus, non procul abinde Mediā inter Mesopotamiam interjet

(1) Id est, quæ ab his verbis suæ narrationis filum exorditur; plerunque enim Scriptores Hebrei librum denominant à primā ejus maximè emphatica voce. Vid. Leidenium in Phil. Hebr. dissert. 2, quest. 19.

(2) Quantum è distantiā, quam posuit, æquo tam longiori, conjice possumus, Arabes Arabiae Felicis, in qua urbs Saha hodiernum visitur pro Jobi fortuna eversoribus habet.

(3) Tradidunt rabbini, Hamanum, antequam ad supremos dignitatis gradus ab Asahero evectus esset, tonsoris in aula officio functum esse et variis blandimenti regis occupasse gratiam; ceterum modò rusticorum canis ejus natales, adscribant, et Capernatum, esse velint, a plus quam superstitione in ipsum odio profligantur. Vid. Synag. Buxi, cap. 24.

(4) Pro humeri, Euphratē, etra dubitandi ratione, denotant; illo enim Armenia major, cuius custodiae super Noachis reliquias committunt à minori dividuntur.

terra Elam (1), quare divinaro haud difficile erit, ad quemnam terre tractum regionem Uz hi rabbini, herculeo sideri nati geographi, alligererint. Tandem non tam ingeniosus (2), quam industrios satis, inquirendo suam quoque suffigit opinionem, nec à consuetis rabbinorum hallucinationibus alienam, et à vari gradis conjecturi provenientem, qua hā verborum summa comprehenditur: « Verum muri ad instar abenei his Rabbinorum B. M. effici subcidunt. præstat illud quod dicitur, cūm recesserit umbra eorum ab ipsis (3), umbram hanc esse Jobum, siquidem traditur, quoniam in terrā Chanaan fuerit; quod confirmatur quando illud Jeremie, 14, 21: *Gaudet et letare filia Edomi, habuimus in terra Uz*; ita à Chaldeo interprete redditum: *Gaudet et exulta Constantinopolis, urbs Edomi impia, exstructa in terra Armenio*; siquidem hoc non de Mesopotamia diciatur, nisi velim dicere, idem hūc Uzo contigisse, quod olim Zephoni (4), filio Elipe, filio Esavi, cūm fugā dilabetur domo captivitatis, sub portestate alijs Josephi constitutus, post mortem ejus, et abiit, et Scythis dominatus est, Rome inter Gentes, et super totam Italiam imperium obtinuit, cuius meminīt rabbi ē rabbinoris nostri Moses, filius Nachmani, B. M. sub finem sectionis, et vixit (5), et sic hic quoque ē Mesopotamia abiit, ē terrā nativitatis sue, et pugnavit contra gentes, et imperavit Constantinopoli, in metropoli hujus regni, sicut et per totam hujus regni amplitudinem hujus rei fama celebratissima est, in hac terra accedit ipsi Jobo, quod ei alias accidisse notum est, sicut ho omnes adhuc hōdē profiterunt in hoc regno, regno scilicet Turcico, quandoquidem in isthme urbe Constantinopolitana seputulit est Jobus justus, et validē honoratus, suspenderunt ei lampades ardentes, et librum aperient hospitium omnibus istic transseuntibus, et statum in sepulcro exercent, que ipsa statua Jobi hōdēm ibi visitur, sique traditio est tota hec historia, approbanus camdem et approbando suscipimus (6). Tria inter alia, hīc nobis notata digna obveniunt, et quidem virgula censoria perstrin-

(1) In rebus enim majoris momenti perquirendis plerumque rabbinorum traditiones ambulas manus arripit, tamque publici saporis bellaria, neque de eo ad eo sollicitus est, quā longā Myzorum ac Phrygium termini discreti sint.

(2) Num. cap. 14, 9. Quam crassa et pingui Mīnerva hoc sacra Scriptura dictum in absurditatem presidium convertant.

(3) Conf. Joseph, de bello Iudaico, lib. 4, cap. 2. (4) Hoc est, in Commentario, quem in sectione, duodecimum Pentateuchi, inchoante Genes. 47, 28, conscripsit: codicem enim legis in 54 sectiones distinguuntur, qui vel primis labris philologam sacram attigerunt. Vid. Leasd., in Phil. Hebr. Dissert. 4.

(5) Verna Jobum ibidem seputulit non esse illum Jobum cuius liber inter canones reconsentur, sed dum bellis Saracenorum, rebert Leasd. loc. cit. dissert. 8, quest. 1, num. 5.

(6) Rudolph. Diepholdi Manuduct. ac novam Geograph. I. 2, cap. 44, et antiquos Thraces Xenoeph. Hist. Grac. lib. 5, vocat omnesque ipsorum vicinos, fine rege.

genda: 1^o quid Uzum ipsum esse Jobum, una cum aliis deliret; 2^o quid inter terram ejus nativitatis et habitacionis distinctionem inveniat, et illam quidam Mesopotamiam esse, hanc autem Armenianam, inquit ea Constantinopolim tradat, in quā omnes fortuna sue vicissitudines expertus sit; 3^o quid dando Ararim Partis et Germania Tigrim, Constantinopolim Armeniam attribuat, quam Thracia ab initio statim sibi vendicavit propriam, neque illum in historiis vestigium existat, quo, tanquam explorata ratione confirmare quis possit, Thraciam ad Armenianum ullo unquam tempore relatan esse, rectissime igitur in pervolutandis Hebraeorum scriptis versatissimum Mercurius (1) hic Judeorum, ignorantiam notat in geographicis. Judæi in geographicis theatrum expatiantur, atque illi incidentes in tenebris, miras sapientias turbas dant, jam album nigrum, jam nigrum album esse dicitanter, cūm alias mendaces oporteat esse memoræ. Jam Jobum ipsis Israelitæ associant, jam infideli gentilium gregi adjungunt, mox in magnum et apud Turcas in summa veneratione positum sanctum erigunt, mox hoc ipsum assercere, isdem iterum religio est, modo Abrahamo quoque præferunt, modo huic eundem rursus postponunt, cujus testimonium existat in Babâ Batrâ cap. 1, fol. 15, col. 2: « Dixit rabbi Joachiman, vox magnus, que de Jobo predicatur, majorem ei laudem inferit, quam que de Abrahamo usurpatur, siquidem de Abrahamo scriptum existat, jam demum agnosco quid Deum timeas, verum de Jobo scriptum legitur, quid vir perfectus fuerit, justus et Dous timens, quique à malo semper deflexerit. » Sic tamen Jobum Mohametistarum reliquiae non venerant annunciar, sed, docente Schmidio in suo in hunc librum Commentario, et alio quodam Jobo Turcarum traditio intelligenda est, quam Juchaf. f. 9, approbat, interim rabbinī invenientes quid puer in faba, illud lepidissimā quādam fabulā illustrant, ut omnia ē tripode dicta existimes. Sed largiamur hoc istis fabularum patronis, aliam esse terram, in quā Jobus primū auræ vitales consexperit, aliam, in quā reliquum statim sue spatiū exegerit, nullū tamen evincit medio quanto etiam animorum certamine rem agunt rabbini, Constantinopolim esse hunc locum, in quā Jobus vita sue fabulum peregerit, vel quid, postquam patrīs sue excesserit possessio, regioni ibi diadema obtinerit; si vel maximē Edom aliquando terram Armenię, et alia quacumque gentilium latibula denotet. Sique Jobus habitavīt in terra Canaan (quoniam sententiam Jacobus Bolducius in Commentario ē chronologiā refutat), neque illo in loco S. Scriptura hujus vocabuli meminit, ut Armenię de-

DISSESSATIO.
signaturem inferret, sequitur quid neque us Armeniae designet; porro quando Jobus tempore vel Abramini (1), vel Jacobi, vel alio, non adeo remoto ab ipsorum aitatibus, tempore Constantinopoli vixit, quod Constantinopolis, tum temporis, nondum condita ei hospitium præbere nequaerit, quippe que deinde tempore Esra anno mundi 5336 condita est, eum ante pagus, nomine Lygos, fuerit, et denum à Byze, sive Byze, Duce Megarensium (ā quo Byzantium olim nuncupata est), ad urbem erigeret, et a Pausania dñeque magis magisque amplificaret, testantibus Eustathio et Plin. lib. 4, cap. 11: quare hujus urbis extroctio vel inhabitatione regi Jobo appropriari nequit si vel maximē inter ascendas una cum Esra ē Babyloniam numeraretur, quod aliqui pro indubitate habent. Satis superque nunc intelligimus, quales plerumque rabbini in rebus obscuris, et alto Scriptura silentio teat, emendantes agant. Attamen ducus nimis est in ipso Petrus Galatinus lib. 9, cap. 11, de arcans catholicae veritatis inquisiens: *Judei in dñeis Scripturis minoris sunt intelligentes, quā asisti.*

§ V. Inter Christianos, ad quorum sententias breviter recensendis nunc convertimus, Salmeron, Jesuita, prolog. 10, can. 25, tom. 1, Damascus Cœlesyriae urbum amplissimum, in cuius agro primos furent creatos parentes, et Abcum occisum, tanguum perpetuum domicilium dare voluit, verum nullum pro hac sententia ratione adducit; videtur enim ad hoc effatum pernotum fuisse, quod Damascus ab Uzo, Arami filio, vulgo condita credatur, quare terram Uz, existimat, Cœlesyriam esse, in quā Jobum lare suos habuisse et dulcia incunabula vita, sacra profiteatur pagina. Verum enim vero cūm ab obscuris admodum principiis hac omnia repantetur, et quod præcipuum est, sanctissima Biblorum veritati contradicunt, quae Jobo non Cœlesyriam, sed terram Utz, monte Hernone ē Cœlesyriā separata, donaverit, etiam opinionem calculo nostro approbare non possumus; repugnat duo esse unum, licet una cum hāc aliisque pluribus particularibus provinciis ad Armeniam ē mari Caspium usque ad magnū montem Cocos, regnum Persarum, Medie et Turquie, hodiernum extensam, et in majorem et minorem Euphrate divisam (2), referatur, et olim relatam esse certi simus, que latissima Armenia interpretatio procul dubio multorum erroribus occasionem præbuit, siquidem testatur Haythone, cap. 9, in Historia Orientali, in plures

(1) Quidam arbitrantur 1^o ipsum temporibus patriarcharum vixisse; 2^o nonnulli temporibus Mosis; 3^o ali temporibus regis Davidis; 4^o Iudei cum Muhammadanis Jobum ad Esavum referunt, et immediatè posterius Esavi subiiciunt; 5^o ali Esavum Jobi abavum fuisse, vel ex Nachore, Abrahami fratre natum esse alium; 6^o nonnulli statunt Jobum tempore ingressus Israëlitarum ē Egyptum esse natum, et tempore egressus eorumdem denum esse denatū. Conf. Leasd. l. cit.

(2) Vid. Clur. Introd. Geogr. I. 4, c. 46; secundum Stephanum ab Armeno quodam Rhodio dicta putatur, alla vero Bocharto mens est. Vid. ejus Geogr. scripta laudata l. 3, c. 5.

gentes dividitur, diversis nominibus secundum terras et regiones, in quibus degunt. Magister Historie Eccles. in Genes. c. 38, Rupert. lib. 6 in Genes. c. 54, Iacobus lib. 5, cap. 25; Isidorus de Vitâ et Morte Sanctorum, cap. 25; Philipp. Presbyter int. lib. Jobi; venerabilis Beda in lib. Job; Lyrans in Glossâ, Adrichomius in Theatro terra sancte, in Descript. Manass. u. 95; Arborius lib. 49, Theosoph. c. 12, Gencharius in Chronicis, anno mundi 2259; Bellarmine lib. de Script. Eccles.; Gesnerus in cap. 22 Genes., p. 12; D. Himmelius in memoriali Bibl., stirpem Jobi ē Nachoris sanguinibus derivantem in quorundam rabbinorum sententias abeunt, et Mesopotamian Jobo addicunt propriam, nulla alia induci ratione, quā quid Armenus fuerit, quasi Armenia intra Mesopotamia limites tota conlinetur, verum cūm terra Utz ē Mesopotamia distincta reperiatur, huic interpretationi palmarum dare nō possumus. Celebration est Aristai, antiquissimi auctoris, qui Chronicum judaicum collecti, qualia et Rabbi Abraham (1) et Rabbi Iosua Levi dederunt, sententia, quā, memorante Eusebii lib. de Præp. Evangel., Idumeam tanguim terram Utz statim, et in optato loco suam arbitratur verari opinione, quando Thren. Jer. 4, 21, terrā Uz expressis verbis Edomitis seu Idumeis assignatur; verum hæc sententia nullam refutationem difficultatem nobis inicit, quandoquidem sine molestia scire possumus, terram Edomitam plures quoque provincias ambitu suo complexum esse, et ipsum quoque ad Armeniam pertinuisse, in præsens nequaquam inter nos questo vertitur, de terrā Jobi generali, sed speciali potius, qualem terram Utz fuisse, nō meridianā clarus est, idque pernogamus totam Armeniam aut totam Idumeam nomine terra Uz comprehendendi, verum specialissimam quamdam in Armeniā, mediane Idumea, provinciam constituire infra defensionem. Cum Aristao faciunt lux illa Aegypti, Athanasius, in Synopsi, Eusebius, scriptor gravissimus, lib. 1. Antælog., c. 5; Aurelius Augustinus, episcopus Hipponis, strenuus christiane Religionis propagator et alter Ecclesiæ Paulus, lib. 18 de Civitate Dei, c. 47; Theodoreus, felicissimus Chrysostomus sectator, et ipse Chrysostomus, Attice eloquentie gratiam redolens orator, quest. 92 in Genes.; Gregorius, vir in diendo summus, init. Comm. in Job.; Ambrosius Ecclesiæ murus et turris validissima, in Psalm. 56, 27, et Comm. in Epist. ad Rom. c. 9, quibus annumerandi sumi Perionium lib. 1 de Vitis Proph.; Volateranus lib. sue Anthropologia; Sextus Senensis 18

(1) Chronicon R. Abrahami Levite, filii David, Lib. seculi in scriptis, Hebreicū existat, et continet traditiones memorabilium de regibus Romanis et de rebus secunde domis, impressum est Venetiis. Rab. Iosua Levite Chronicon appellatur Cursus seculi, cui jungi expediat ipsius itinerum liber, exensi sunt Venetiis. Nec non historia temporum Mosis extra Bibliam, quamvis periculosa hinc inde scupulos et plusquam Cimmerias geographicæ tenellas offrenders, intertem tamen non carerit utilitate sua, dicente eam Plinio, nullus liber tam malus est, qui non aliquia parte, prosit.

Bibl. S.; Gerhardus, tam in Exeges. L. L. quām in Disp. Isagog.; item Watherus, in Offic. Bibl.; Fridibius in Theol. Exeg. Nec prætermittendus eruditissimus Hieronymus. Hī alijque plures ad unum omnes de hoc consentient Jobum, oculum istum cæcum, pedem claudicantium tutorem pupillorum, patrem pauperum, Idumæum fuisse, de quo nullam hisce pientissimi viris contentionem movebimus, siquidem intelligere ad difficile est; vocabulum Idumæa in sensu latiori accepisse, ut terram Uz simul includeret. Ceterū, num ē posteris Nachoris aut Esavi, vel alterius eiusdem, Jobus prognatus sit; de eo quoque cum nemini in praesens controvertimus, quoniam cum hac causā aliam adhuc decidendam esse perspicuum, que non absque multâ prolixitate dijudicari posset, num scilicet istorum sententia aliquam veritatis speciem præ se ferat, qui Jobahum ipsum esse Jobum accerrimè propugnat (1), rabbi Aben-Esa ita pronuntiavit de eo cui isthac arrideat opinio: «Dicens ipsum (Jobum) esse Jobahum, filium Serachi, e civitate Bosrah, in somnio idipsum vidisse arbitror, quandoquidem nullo prophetarum oraculo fundatur, neque eō quod sapientes B. M. commentando, seu meditando inveniuntur.» E quibus verbis perspicuum satis est rabbinorum plerosque apertum iis bellum indicare, qui ita existimant, tanquam a jānuā et totâ errantibus viâ. Sed ut ē diverticula in viam redeamus, et reliqua brevem in summan colligentes, nostrum orationis cursum perseguamus, omnes qui commentatoris alijcū symbolum circa hanc regionem perquerendam conferre voluerint, in has diversas sententiarum partes traduci, confirmamus, quod enim aliqui inter Christianos pro terra Chanaan, itidem ali Mesopotamia, ali Arabia, ali Assyria, ali etiam Colesyria, ali iterum pro Idumæa, atque ali denique pro Armenia, inquit cā Constantinopoli, tanquam pro regione Uz, defensionem etiam subeant, quorum unusquisque suo sene satiatisfecisse officio, et rem acutatissime forte existimat, ut autem quanta intervalla inter istos discordes, cœuvidentur, opiniones interjecta sunt, scitē satis porrò ostendamus, melius hoc negotium exequi non possumus, quam ut una cum ordine tempus obseruamus, et, que nobis opinio maximè probet, que conciliari possint, que non, unā simul opera consignemus. Non responde a eum, qui dicit, sed ad id quod dixit, vetus est Arabum proverbium, cum qua ilia apud Platonom ad Socratem Charmidis verba idem sunt: non considerandus est quis dixerit, sed quid dixerit, et an verè (2) ita et magnorum etiam virorum auctoritas,

(1) Conf. Chemnitius modo citata dissert. c. I; item Jacobus Bolduccius in Comm. in lib. Jobi, cap. 4, I, § 10. Idem alias sententiam Augustinus, Ambrosius, Zehnerus, Gerhardus, et assentientem habent Lutherum. Dissentient autem rabbinorum plerique et falsè admodum rident affirmante propugnatores, eorum numero prater citatos aliosque etiam est Chrysostom. homil. 4 de Patientia Job.

(2) Cic. lib. 2 Tuscul. dicit: Neque nos refelli re-darguimus patiam, quod hi ferunt animo iniquo, qui certis quibusdam destinatisque sententias quasi

in summo alias pretio habenda nobis, si à verocimiliori discedat hypothese, nequaque prohibebit, quemadmodum aperio pectora dicamus, que aliam nobis probabilior reddant opinionem, circa quod negotium tamē nobis insignem animi alacritatem adhuc parit, nosque omnis offendit metu propromodum extinxit, ita ut ejus memoria nos recaret reficiatque, quando et conjunctissimos viros quām commodissime reconosci posse, recordanar quod corum sententia fermē sint eadem.

§ VI. Ante omnia autem nostra hypotheses summam hoc verborum compendio describemus, quā statuimus: Terram Uz in Armenia, et quidem Majori, sitam fuisse, ejus pars fuerit Idumea, que ipsa tamen ambitu suo adhuc minores et specialiores, atque inter eas ipsam terram Uz, complexa fuerit, non ab Uzo Nachoris, verum Arami filio cognominatum, et legitimo acquisitionis modo partam, in hac ipsa Jobum habitat, cum S. Scripturā asservimus. Duo igitur nobis agenda incumbunt, 1^o ut hypothesis secundum omne circumstantia loculenta rationibus stabiliam, et quantum fieri licet, cum aliis ad eundem harmonia tenorem reducamus; 2^o ut brevem ac sufficiens Terrae Ustidis delineationem conficiamus; circa quæ duo membra omnis residuum dissertationis nostræ occupatio vertetur, brevissimis exequenda, non nimis prolixitatibus veniam deprecari necesse habemus.

§ VII. Armenia, cuius appellatio ex mente Bocharti confata est ex mons Mini, seu regio montani: nam Mini numerum seu copiam significat, unde et Isa. 65, vers. 11, Mini Deum potius montium (1) quām Mercurium, mercatorum bonum genium, denotat, quandoquidem Armenia non montibus solim altissimis ab utroque lateri cingitur, verum et tota regio, presertim major, variis montibus ramentis jugisque in plurimas alias provincias seccernatur, quales sunt (2) Cotacene, Boche, Torasene, Totene, Cothene, Sotocene, Syracene, Sacasene, Basilissene, Horbordene, Arsea, Aclisene, Astanunes, Sophene, Anzizene, Thospites, Corinea, Gordiene, et Cortea, haec universam hodiē Armeniam Majorem componunt. Minoris, quæ ipsa nunc Pegian et Bozoch dicitur, habent minores ac celebriores regiones continet, eam vocantur Orbaissene, Ätulanæ, Arethica, Horsene, Orbiisene, quibus insuper annumerantur prefectura, Cataonia, Morimene, Laviana et Aravene. Cum majori Syria, addicti et consecrati sunt, cāque necessitate constricti, ut etiam que non probare soleant, ea cogantur constanti causa defendere.

(1) Qualis fuit Faunus, vetus rex Aroribum in Latio, filius Picti, Deus montium post mortem habitus, ut Mercurius eloquentia et mercatorum patronus astutus et ingeniōsus ad fortunam occulendum. Conf. Oda 10 Horat. 1.

(2) Vid. Rudolphi Diepholdi Manuductionem ad novam geographiam, editam operi et studio Henrici Sannemann lib. 5, cap. 11; item Haythonem, natione Armenian, in Historia Orientali; item Olearium in lib. Pers. lib. 4; Strabonem lib. 9, Plin. lib. 5, cap. 24; Curt. lib. 5, cap. 1, aliaque celebria prefigurantium diaria.

nunc Sorā, Mesopotamia, seu Diarbeck, et Assyria, jam Cusitan dicta, coherent, illa ab occidente, ista à meridie, et hec ab oriente, nisi quod inter Armeniam et Mesopotamiam interjectus sit mons Taurus, inter eamē et Assyriam mons Nyphates, et quo Syrie junctur mons appellatur Amarus. Notissimum verò est Assyriam, Mesopotamiam, Babyloniam, Medium, Phoeniciam, Palestinam ipsam ac Armeniam cum totā Syriā ac Arabiā non tempore Semirāmidis solum, sed etiam Cyri, latè (1) regnantis, unum constitutis regnum, et modò communis nomine Assyria, modò Armeniæ, appellatum esse, atque in historicorum monumentis annotatum; quamobrem haud mirum videri debet, si auctores in eisdem nominibus variant, atque è ratione minus feliciter excusat historie ac geographie, in re adeò diffusa ac perplexa historiarum ac rerum publicarum mole, nonne totius pro parte, aut pars pro toto, aliquando adhuc beant, ut deinceps intentus eorum monumentis evolvidis lector confundatur, quoniam distinctorum rerum cognitione assequi possit: id quod de Judeorum doctoribus, quorum opinionibus plerique commentatores imbuti eamē cum ipsis cantilenam canunt, facili nobis obvium esse poterit, si eorum scripta evolvamus, et quam malè fundata in geographia cognitionem præ se ferant, cognoscamus (2); modò Syrie nomen cum Assyriæ, Mesopotamia cum Chaldaea appellations permant, ideology certa et determinata terrarum notitia ex ipsorum scriptis haberi, seu acquiri nequit. Accedit et hoc, quid Chaldaea ipsam Idumeam, Armeniam (3) illumine terra tractum, quem terram Uz esse contendimus, parvæ Armenia: titulo (cūm omnes eam regionis Aram pariente judicarent), aliquando et pars Syria designatione (4); indigitaverint qui non exinde apud optimam etiam nota, ac communis scriptores in distinctis regionis provincialis seligidens, errores suborbi omnino potuisse? Mutatis etiam rerum publicarum formis, seppisim historicorum stylis, ut fieri solet, immutatis est: sic florente Syrorum imperio omnes provinciarum accessiones Syria nomen accepérunt, ita ut illam relata sit ipsa Palestina, Phoenicia, Antiochene, Comagene, Colesyria (notabilis jam nomine dicta Sem), et Coele quoque, quoniam unaquilibet suas iterum subdivisiones passa est; ita Palestina Juadaem et Idumeam, floribus rebus Israelitæ, comprehendebat, quarum ditiones iterum certi limitibus ac nominibus a se invicem distinctas fuisse, è Scripturā (5) omnes novimus. Quare et à veritate non

(1) Conf. Xenophon de Instit. Cyri lib. 4 et 5.

(2) Vid. Abuulfeda cosmographus alias habitus in-signis, et Ptolemaeo par ut superior in describendo orbe Ismaeliti subiecto; cum nominibus ad nostrā tempora aptatis à Guillermo Postello ex Oriente advectus est. Fuit autem Abuulfeda iste princeps Syriae, Assyrie et Persiæ, qui anno 500 scriptis circa Codex syriacum.

(3) Annotante Emmanuel Se, in notis ad universam Scripturam.

(4) Teste Bolduccio in Comm. c. 1, § 7.

(5) Conf. Jos. c. 15, 15, 16, 17, Numer. 52; Deut. 5, vers. 12 seqq.

nomen obtinet, quantumvis in plura et contractiora domini distributior. Terra Chanaan, à Chanaan nominata, etiam ab Israelitis occupata, pristinum sibi omnes reservavit, ut de primo suo possessore testaretur. Unde et siā conjecturā non levi reprehendimus Nachorem non alia permotum causā filium suum eodem nomine Uz nobilitate valuisse, quām quod partem ejus terrae sibi acquisiverit, quam olim Uz, Arami filius, unā cum aliis legitimo imperio tenuerit; verosimile igitur omnino videtur cam terram non ab hoc, sed illo Uzo, nomine sue inclaruisse. Exemplum ejus secutus est Esavita Disan, qui ejusdem causa stimulo exitus, suum quoque filium Uzi nomine salutari voluit; primi itaque hiujus terrae habitatoris Uzi nomen in omnibus illis regionibus in Chaldaeum usque adeo celebre fuisse videtur, ut in familiā non solum Thare primogenito datum sit, verū quoque apud Idumeos deinceps in Seirum progenie duī Disan suum primogenitum eodem illustrare voluerit. Devenimus nunc ergo ad ipsam hujus terrae describendam, iam super promissam, occupationem et premittendam ulteriorib[us] membris priui vindicationibus.

§ VIII. Terram Uz (ut statum ejus preteritum tantum presentem adumbrarem) si amenissimo situ circumscriptam esse dicamus, ingenuitatis, quod scio, perpetramus iudicium; ab Oriente juncundissima Nabaearum, non ab Esavo, sed Ismaele descendente (1), regione pretendentur, septentrionale latus tegit Chrysorosa, fluvius è thuriere monte Libano scaturiens, et hodiernum Damascenū canaque communitatem praebens, ut singuli ferè fontem habeant (2); hic postquam Damasci lambit mons et terram, inter Libanum et Antilibanum interjectans, Pharnacis et Amance, undas secum in Euphraten devoluit inter montem Hermonis et regionem urbemque Palmirenam, Hebreacū Thamar, quam Salomo condidit in Hamath-Soba (3), à Damasco 27 milibus passuum, à Babylone sex dierum itinere, ab Euphratis itinere unius diei distantem fontibus. Hic ipsam voluntatem sedes suas defixisse dices: omnem ejus terra Uz ambitum sylva lauris et cypressis fragrantissima, ferrum multitudine frequentissima, cingit, ejusque gloriam lippidissimi fontibus, strepitosusque hinc inde rivulus, ad aures oculosque pascendos dispositis, maxime elevat; montium licet cacuminibus perpetua nive absentes, à tergo Hermonis Aquilonaris existat montis Libani ramentum, sed ad radices ejus occidentales civitas et regio Gessur in valli prominet, cuius regis Tholmai (4) filiam, quā degenerem (5) Absolomon procreavit, David in matrimonio habuit, atque uki ipse Absolon, fratre Amnone occiso, ira paternæ metu, vitam aliquadiu continuavit, altius ascenden-

(1) Confirmante Balduccio, § 7.

(2) Bellonius lib. 2. Observ. cap. 91.

(3) 2 Paral. 8, vers. 3, 4.

(4) 2 Reg. 3, vers. 3; 1 Paral. 5, vers. 2; 2 Reg. 15, vers. 37.

(5) Rabbi Abarbenel in Comment. in lib. 2 Sam. cap. 2, pag. 141, col. 4, vocat eum filium rebellum contra patrem suum.

tes præterius fontem Jor, cuius aquæ unā cum ebullientibus undis fontis Dan, uno tantum millari ab illo dissiti, ad portas Casarea Philippi, seu, uti hodiè vocatur, Velenz vel Belane, olim Lais (1), celebrent in sacris fluvium componunt, nempe Jordarem, qui totum latus terre Uz occidentale, et ad aquilonem inclinans, præcludit, et à reliquo terrā Canaanā distinxit, scilicet versus meridiem à Cesarea Philippi, ex parte orientis excurrendo, centum stadia emetiendo, Stephanian alluendo, paluden Semenehitidem scilicet Meronem pervadendo, à dictâ palude Jordans cursum versus orientem flectens, et inde remans ad occasum ac fontibus aliquot auctus per 120 stadii preterfluit regiom Argob, inter Corazin orientalem et Capharnaum occidentalem urbes, omnem olim viii licentiam permittentes (2), seque præcipit in lacum Genesareth, mare Tiberiadis, Galilæe, et Taricheum lacum, à Tarichæa civitate, centum stadia longum et 40 latum, circa quem nullum omnino sterile appareat vestigium, aut effutus viribus; palmaris illic, nucibus et oleis omnia sunt consistit, postquam *hic lacus omnibus aliis anteponitur, salubris ingenio hausto, et ad sanitatem usi efficacit* (3); ac piscum fecundissimum, cion nonnulli venam Nil fluminis esse opinantur, quod similes Corazin Alexandrinus pisces generet, et quidem, cyprinus, tinca, et chevres Gallorum, seu *squaliones Romanorum et Venatorum* (4). Opidis amonis circumscriptus est imprimis Tiberiade, in graecia Cœsaria Tiberiæ sic dicta ab Herode (5), quandoquidem ante Cenereth et Genezara sen Genezareth diceretur, quod, interprete Balduccio, idem est ac thesaurus Zare, quia forsan, ex mente ipsius, urban illam edificavit Zara, pater Jobi, idque colligit, è relatione Merceri in pref. ad lib. Jobi, qui à quibusdam sese didicisse proficitur, in Tiberiade *רִבְבָּתְּנָה* domum studi Jobi existit, quandoquidem locus ipsius studi ac deinceps principium commissidomus sit proprius aquæ, sylvæ, piscationes, balnea medicinaria, et Cizonis fluminis ostia amenissima. In hac ipsa civitate Helenæ Constantini mater pro summi, quibus exardebant in Deum studiis, duodecim thronorum templum statuit (6). Ad alterum hujus Galilee maritus Damatitha, Magadan et Gerasa (7) peregrinantur adspiciunt acceperunt, ques excepit Amatha in monte sua, ad cuius radices aquæ fluunt, cædile et satnitati restituente salberinque (8). Amatha ulterius contendit oculos subit Gadara è regione Tiberiadis et Scythopolis, ad orientalem plagam mari Galilei spectans, que diverse ab aquis Amathontinis

(1) Judic. 18, 27; Jos. 19, 47. Cum populus fuit populus in diem vivens ac securus.

(2) Matth. 11, vers. 25 et 21.

(3) Teste G. Julio Solino Polyhistore, cap. 58.

(4) Teste Bellonius lib. 2 Observ.

(5) Joseph. Antiq. lib. 18, cap. 5. Assentatio, quamvis pornicosa sit, nocere tamen nemini potest, nisi qui eam recipit, atque cùdolectatur. Cicer. in Lel.

(6) Teste Nicophoro lib. 8 Histor. cap. 50.

(7) Quia, teste Joseph. lib. 1 Antiq. cap. 42, à quinto Chani filio condita putatur.

(8) D. Hieron. lib. de Locis lit. A.

nature undas in lacum formatas juxta portas ac modicū habuit, quibus degustatis, pecora pilos, ungues et cornua amiserunt (1) Inter Gadaram et mare Galilee media jacet adhuc urbs Hippone, ab utroque triginta stadiis distans; ad occidente meridianum terræ Uz Ephron splendoris suum ostendit, soi benignissimo affixa, è regione Bethsan, et Jabock, civitas magna, in ingresso posita et valde munita. In proclivie montis Galada extreta, juxta torrentem Jabock, à tribu Gad Levitis depopulata, in qua regnauit Ishoesh, et David, ab impio filio Absolone aliquando regno exclusus, vitam sustinuit (2). Torrens Jabeck dividens Hostiudem ab Ammonite, et urbes ac regionem Ammonitarum per rivulum irrigans, transit usque ad Mahanaim, et Ephron discurret ut in Jordani fluvium demergatur. Conspicuntur in hujus fluminis littore urbes florentissime, et quidem ab una parte occidentali urbs Pella in quam sese Christiani Hierosolymis, cùm obserderent à Vespoliano, armato et lese majestatis Cesareae criminis ad pugnae converso, receperunt, ut manifesta à Christo predicta excedia evitarent, atque alibi omne tempus purioris doctrinae culturae imperirent (3); superatis montibus, Galada locus communitor, in quo erecta fuit columnæ federis, inter Jacobum Patriarcham ejusque sacerdotum Labanum initii. Ab altera parte meridionali edita urbs enīca Rablah Ammon, que postea Philadelphia (4) nuncupata est, ad quam cedebatur Urias, Davidis, in conjugem ejus feda libidine ardenti, iussu in ea præstantium statione positus, ubi nec quicquam eidem effugium dabat, nec procul ab inde distat piscina, quācum cœnos dilectus sua comparat Salomo, regum sapientissimus (5); hanc contingit radiibus suis mons Galada, exterius ultra Jordanem montibus altior, quinqūaginta circiter millaria longus ad meridiem ripibus Ammon, ad septentrionem Libano, jungitur, mutato tantum aliquo nomine: nam versus urbem Hippum Hippus cognominatur à Ptolomeo, ab hinc usque ad urbem Cedar usque ad Bosram Seir; abinde longius excurrentis, Hermon appellatur donec inter Cœsaream Philippi et Damascum urbes, que olim insatiabili peregrinatione cupiditate translaborantur, sese Libano copulet (6), qui ipse mons Libanus pinis, resina, stacte et aromatibus abundant.

(1) Strabo lib. 16; Jos. 21, 57; 2 Reg. 21, 9, et c. 17, vers. 24.

(2) Forte quia ibi, ut habetur, quæsiū occasionem suis alienis inserviendi.

(3) Hieronymus de Loc. lib. 1.

(4) A Ptolomeo Philadelpho, rege Egypti, illudque etiam in hunc usque diem retinet.

(5) Cant. 7, 4. Nam Hesbon civitas est in Galada, ad quam huc piscina visitatur; in possessionem tributa fuit Rubenitis, Num. 32, 57, et Gadditis, Jos. 21, 59; assignata denique Levitis, Jos. 21, 59.

(6) Brocart. itiner. 2. Centum enim et quinquaginta stadiorum longitudine est usque ad Syriam urbem Syriae coles extensus; dicitur et à præstantibus codris, è quibus Salomon templum extruxit, vel etiam à thure, quod in eo copiose fluit, vel à nivibus quibus vertex ejus legitur; unde Jer. 18, 14, nevus dicitur.

(1) Joseph. lib. 4 de bello Judaico, cap. 1.

(2) Judic. 10, 3, 4, 5. Appellatur etiam Bedam, 1 Sam. 12, 11, 1 Chron. 7, 17.

(3) Balduccius in Comment. in cap. 1, vers. 4, § 7, p. 42, col. 2.

(4) Per Idumeam, hodiè Judæa regnum Christianum et imperium Romanum, intelligent, unde Rabbi Salomo Romanus ipsum vocat præstantissimam Edomæ civitatem, notaute Buxtorio in Lexic. Rabb. Talm. p. 29.

(5) Renecius in Chron. Hieros. lib. 12, cap. 8.

superfusam ostenderent: prius ejus adspexit Israëlis, quād primum pēdem in ejus limitibus posuerat, desiderio possidendi totos capiebat (1); quamobrem multa Mōsen, Prophētarum maximum (2), oratione tentabant, ut ipsi has terras incolendas daret, que supplicium postulata, Deo annente, impiebantur, quando eas regiones, impis suis colonis partim migrare jussit, partim trucidatis, vacuis Ruthenitis, Gadditis et dimidiis Manasseorum tribū habitan-
tibus, destinavit, quod argumentationi probande sufficere videtur, Jobum, supremis alias vigentem hono-
ribus, tum temporis in vita non amplius fuisse super-
stitem, verū jam in beatissimā melioris seculi luce
durare incipere; alijs hunc pīsum virum sedibus
suis ejicere, ipsi religio fuisse. Insper hujus terra
fecunditatem ad preventum amplitudinem exinde
nunc colligere licet, quando S. Scriptura omni poste-
ritati potentissimum regem Og in Basan narravit, ac
memoria superstitem tradidit, qui in hujus terra am-
bitu, maximā magnificētate et auctoritate munūm
imperium tenebat (5), quād opulentia gloriā, in
magis redditibus sitam, implere hand posuit, nisi
terram fertilitate, et omnium bonorum affluentiā pre-
stantissimā, ubertate agrorum ac varietate fructuum,
ac magnitudine pastionis, et multitudine carum rerum
qua exportantur et vano ponuntur, faciē omnibus
antecedentia ad multe amenitatis usū circumdatam
possedit; siquidem et Plinius commemorat, quid
hortis adeò exulta fuerit, ut in proverbiū abierit,
Syria in hortis operissimis (4). Verum, Bellonū tes-
te (5), aliam longe faciem nunc induit; non vera isthie
solum exultat Religio, sed etiam qui ibi peregrinando
hodiē iter faciunt, totū sepius diri steriles agros
incident, nisi quod paucis humidioribus locis incole,
colocasias, cepas, allia, et paucas muse stirpes colant,
et quid planties circa Tiberiadis lacum non nisi
Napeca arboribus adhuc abundet, quibusdam tamen
ceduis sylvis fructum dulcem et edulem proferten-
bus. Insper ex ipsius etiam verbis, ruderā hujus col-
lapsi illi descriptis, regionem olim fuisse cultissi-
mam sat risquebat.

(1) Num. 52.

(2) Hoc prolixā oratione probat Abaranel, rabbi-
num Cicero, in Comment. ad lib. 2 Regum cap. 3,
pag. 241, col. 1, quando omnū suam prolationem
ilio effato Deut. 51, vers. 10, fundat. Non resurrexit
præcepta propheta in Israel per Mōsi, quem cognovit
Iehova in os, eis, uti versio Tremellii reddi-
dit.

(3) Num. 24; Deut. 1; Deut. 5, et 29, et 31; Jos.
2, 10, et 9, vers. 10, et 13, vers. 50, 51, et 24,
vers. 10; 1 Reg. 4, 19; Deut. 3, 11, 4, 5; Jos. 12,
vers. 4, 5; 1 Reg. 4, 15, 19; Neh. 9, 22. Josephus
scribit incolas regi Og omnes Amorriacos dūviliis
et agrorum fertilitate superāsse.

(4) Lut. an. lib. 3 cecinit:

Gazaque et arbusta palmarum dives fidume.

Et Virg. lib. 5 Georg. :

Primum Idumea referat tibi, Mantua, palmas.

(5) Bellon. lib. 2 Observ. c. 90, ubi et inter alia
refert quod urbs olim amplissima et quid in eternis
glorie partem ei accrebit, Christi civitas dicta, jam vi-
llissimum pagus est.

§ IX. Bonis, quod speramus, nunc auspiciis, optimis
auctoribus præsentibus, et fidis historie monumentis
adjuti, terram Uz, pro virili nostrā, descripsimus;
eam verò esse in qua Jobus, infinitis propemodum ad-
versitatum amari degustatis, divina vitam remigio
gesserit, ejusque stadium, cum tremule jam senectu-
tis annos attigit (1), aeternā cum laude decurre-
rit, ut nunc lucentius rationibus appareat, in hoc ipso
negotio hujus totius Dissertationis cardo vertitur; eo
igitur omnis nostre orationis cursus reflectitur. Cum
nemine autem amplius controversiis involvimir, post
quam omnes intraesse pugnantes sententiae, si ea-
rum pauciores excipias, manifesti erroris convictas,
ac refutatas supra (2), quād optimè conciliari et tan-
quam concordes defendi queunt; omnis enim earum
apparens disensus in phrasum diversitatem consistit,
quid alijs genū, alijs speciem intermedium, atque itē
alijs partem specialissimam, determinaverit.
Qui Armeniani propugnant, dicunt quod res est, nisi
quid totum pro parte assignent, qui Assyriam defendere
maluerint; itidem à vero non aberrant, siquidem et
ilud nomen totius est, quos Syriam memorā prodere
juvit, neque hos errorem commisere dicere, si-
quidem et Idumeam Syria aliquando partem fuisse me-
morā recolimus; in eorum autem gregem qui se re-
cipiunt, ad quos Mesopotamia defensionem rejecimus,
neque ei erronea aut maligna inest opinio, quando
Idumeam et Mesopotamiam unius dominii partes con-
junctas fuisse credimus, ut utraque provincia posses-
sionibus Uz unumveranda sit, siquidem et Mesopotamia
in Idumeam traiectis urbem Damascum condidit, que
traditio à majoribus ad nos in historiā continua et
immortalis est. De Palestiniā illa notitia in omnium
eruditorum mentes diffusa haeret, Idumeam cum Pa-
lestinā sub uno imperio connexam fuisse regionem;
quare qui Palestiniā Jobo dare maluerint, partem
nobiliorē, et templi ac regie sedis gloriā celebri-
orē, proferre ad aquitatem magis consentaneum judi-
carunt. Qui Arabiam pro terra Uz nobis objectūt, et
suo periculo conantur tueri, eos quoque omnis erroris
contemptu exemptos volumus, siquidem hec duo no-
mina Idumea et Arabia apud autores sapē confun-
duntur (5), quid loqua admotum vicina sint, neque in
limitibus eorum discernendis omnes convenient. Per-
spicua autem eorum est veritas ut eam infirmare

(1) Job. 42, 17. Notante Bolduccio in finibus Pa-
lestini et Idumeae, ad orientem urbis Sueci existat Pyra-
mīs sequitur Jobi, et testes citat Abulenzim, Bro-
chardum, Bredebachum et Fretelium, nec non
Adrixiūm in sue terra sanctae theatro. Sed Barthol. Rulichus in Cone. 4 sup. cap. 42, vers. 17, scribit: Visutus ad hanc diem in Arabiā strenui Jobi se-
pulcrum, ac sterquilinii palestre, in quā illustres
ipsi est coronas adeptus; ab indigenis autem anni-
versariis collit honoribus, quemadmodum qui illuc ad
nos commaneat, narraverunt.

(2) § 4, p. 18 et seqq.

(5) Siquidem in Arabia Petreā Nabothas olim
constituerunt, que tamen omnino pars Idumea est.
Vid. sepius citatus Diphil. lib. 5, cap. 9, ino ipsa
Idumea. Vide M. Schrotterum in Hist. Geograph. tom.
2, pag. 79.

nulla res possit, qui Idumeam ē propriā veri inquisi-
tione et investigatione produnt, quantumvis utraque
non quivis aeo aquē latē pauerit, donec longē la-
teque dominibus idumeis Usitaram nomen planē
exspiraverit, vel periegus admodum partis aquilon-
aris angustias perambulaverit. Rationes pro nostrā
stabilienda hypothesis, ex historie circumstantiis, hau-
rienda hī utramque facient paginam. Quia omnes
circumstantiae 1° à Jobi sanctissimā personā, 2° à rebus
ab ipso gestis, 3° à diris malorum adversitibus,
4° à loco modo descripto, 5° ab ejusdem cognitione et
amicitiis, aliisque non levioris momenti historie ad-
junctis, petuntur. Primo probations ratio ab ipsius
Jobi, pietatis studiōnisi, personā nobis subministratur,
quem ex Hebraeorum familiā, non alibi, nisi
in terris jam recensiti, disseminat, post factam lin-
guarum confusionem, unum fuisse conformatum, et
per omnem pietatis ac honestatis culturam tempus
transsegit probamus, quod supremū rerum arbitri
Deus insigne pietatis laudem et attribuit; nisi itaque
verē religionis (1), sola ferme Eberi familiā circumscripe-
tū, cultor fuisse, iste omnī lans in eundem non
cadere; quomodo et Aben-Esra Commentario
eum perfecte pīum virum fuisse de predictā, inquisis:
• Noli mirari, quid hī scriptum legatur: Job erat
nomen ejus (2), quandoquidē planē hand impīus
fuit, et sic scriptum invenimus: Jēhōva vir belli, Jē-
hōva est nomen ejus (3); contra ses habet illa loquendi
ratio, et erat vir ex monte Ephraim, et nomen ejus
erat Micha (4); forte interpres mysticus prioris phra-
ses frequentiam in scripturis deprehensam atten-
dit. Una itaque opera hic rabbi refutat supersti-
tions et insanam Judacorum opinionem, ac si vox
nomen ejus subiecto proposita semper hominem im-
piū et idololatria perversum designaret; quidam
rabbinus putat, adeò Jobum virum Deo charum aque
inter omnes homines pietate spectantissimum fuisse, ut
ob verē religionis exercitum opibus ac terrena felicitate
creverit, quando ita ejus recensionem peragit.
• Idcirco quod fuerit vir perfectus et a malo declinave-
rit, valde prosperavit in terra peregrinatione acquisi-
tione, qualis est acquisitionis honorum et liberorum (5).

(1) Cuius note sunt 1° ut per eam cultores salven-
tur, 2° ut Deum auctorem habeat, et 3° ut ab omnibus
humanis iniquinamentis pura sit, quam Jobi religio-
nē fuisse, nulli dubitamus. Confer Morneau de Ve-
ritate Religionis Christianae, cap. 20, pag. 518 seq.

(2) Putant rabbinorum aliqui phrasim hanc nomen
ejus mali omnia cause subiecto suo, quod processit
postponit.

(5) Exod. 15, 5.

(4) Judic. 7, 1. E quibus locis oppositē satis refuta-
tiō desumpta est, nam sapienti nihil peregrinum esse
dubit, nisi quod cum vito conjunctum, dicit Erasmus
in Adagis.

(3) Iudei enim non in hac vita solum felicitatis,
sed etiam futura acquisitionem boni operibus adscrī-
bunt. Conf. Bux. in Syn. Jud. cap. 1, p. 20, et rabbi
Jehoschua titulus Levi scribit: Sic se habet regis legis
Buccellam (panis) cum sale edas et aqua in mensura
bibas, super terram dormias, vitam miseram vivas,
modo operam navare possis legi, quid si ita feceris,
beatus es tu, et bene tibi erit, beatus et in presenti
seculo.

(6) Conf. Hieronymus in pref. 1 in Job.

Fuit igitur vir religiosissimus, non obstante illo quem
Raschi in scirpo querit, nodo intempestive Philologia:
• Fuit vir ille, idem est ac erit vir ille, quoniam verbum
futurum tempus innuit secundum genitum lingue He-
breæ; alijs lingue istius eleganter requireret, ut in
participio diceretur: Hic ipse vir est magnus prae om-
nibus filiis Orientis, filiis terra Orientalis. Qui ut et
ipsum Jobum sue pietatis gradu dejeiciat et Abraham
postponat, omnes ingenii nervos videtur intendere scri-
bens: • Magnus fuit prae omnibus filiis Orientis, id est,
prae generatione dispersionis (1), scieuti scriptum est,
et (2) accidit cum ipsis proficerentur ab Oriente (3);
sed cum Abraham non ita sese res habet, non prae
Abraham, ecce enim de Abraham scribitur, quod
magnus fuerit (Jos. 14, vers. 15), et nomen Hebreis
antea erat Cirjat Arba, ubi vir ille magnus fuit inter
Gigantes ipse Abrahamus; non scriptum est: Est vir
magnus (4); et quare scribitur vir magnus cum du-
plici Hī demonstrativo? Resp.: alludendo alludit,
sive emphaticē vult indicare, quod ipse verē magnus
vir fuerit, qui in decem temptationibus persistet (5),
ideoque ei attribuuntur duae He; ast Jobus, qui
etiam magnus dicitur (sollicit absopte duplicitate He),
non stetit nisi in una temptatione, sicut dicitur, fuit
perfectus et rectus, etc., prae omnibus illius genera-
tionis, quoniam nulla in ipso deprehensa fuit iniqui-
tas. Praterquam nostra sententia fidem facit stylus
Jobi Arabisno tinctus (6) quod sciicit in terrā
Arabis vicinā, qualis est terra Uz, habitaverit, si-
quidem estimare facilissimum est, ob creberissimum cum
Arabis commercium, ejus orationē aliquid pere-
grini coloris attraxisse, id quod omnibus illis accidit,
qui cum finitimi alijs gentibus proximē coherent,
quare non injury in eorum propemodum partes incli-

(1) Per generationem dispersionis intelligent rabbi
adfectores iuris Babylonicae incredulos, et or-
bis reviviscentis gigantes immānū audacia, quos,
Ne forte terra securior ardus aether,
Afflētisse ferunt regnum celeste Gigantes,
Altique congestos stricuisse ad sidera montes,
Ovid. lib. 1 Metamorph.

Scribit enim Pezelius in suo Mellifico historico ad
capit. Tert. Scheldianī, cap. 45: Ex isthac de turri
Babylonica historiā est fabula apud poetas decanta-
ta de gigantum adversis superiorē bello, qui con-
gesta mole ardū montū conati sunt Jove in celo
disturbare.

(2) Genes. 11, 2. Bochartus Phaleg. lib. 1, c. 7, ar-
bitrari Assyrios imperiū sui partē, quae trans Tigrim
site erant, orientales vocasse, occidentales, quae cis
Tigrim; que sententia pluribus rabbinorum testimoniis
confirmari posset.

(3) Sic ergo putat hic rabbinus doctor, ac si Jobus
incolumis transberinis ascendens foret, atque ex illo
tempore, qui conditoribus turris Babylonica auxiliari-
trictus manus præbuerit.

(4) Detestanda haec sacrorum verborum contorsi-

(5) De tentationibus Abrahami, quibus obedientiam
eius exploratam fuisse Iudei docent in Bereki Ianoth,
cap. 3, hīc legimus: Decem tentationibus Abrahamus
pater noster est tentatus, et omnes illas sustinuit, ut amor
eiusdem patris nostri immotesceret. Singulas ordine ad
dictum locum commentans R. Moses Maimonides re-
cenget.

natur, qui non Mosen, sed Jobum ipsum libri sui auctorem esse ferunt (1); rabbini enim ut ad majorem excellentie gradum hanc nobis perscriptam patientie scholam evehant, eidem Mosis auctoritate pretererunt: ita enim rabbi Meir putat, si Moses in ejusdem auctoren extolleretur: *Ad majorem excellentie gradum elevatur, hic liber si dicatur, quod omnia hoc verba illis sint, Magistri nostri tradita per manus Spiritus sancti.* Quemadmodum etiam stylus Mosis et Jobi in pluribus à se invicem differunt, cùm illi sit purissimum et plannissimum, hic autem, judice Hottingero, *heroicus et gravis, sententia difficultissimis variegatus, epiphonematis patheticus, argumentis densus, allusionibus festius, materiae ubertate affluens, et nonnavigium veris rhetoriam schematis luxurians* (2), qualiter styligenium Arubam scripta continere, nōrunt, qui vel Ἀσουριαν Arabie redditione diciderunt, Porro Chaldaeos ac Arabes, suam prædandi consuetudinem exercentes in terras Utz, irruptionem fecisse, et omnes Jobi pecudes, occisis earum custodibus, in prædam vertisse, tradidit. De Chaldaeo nulla hic nobis controversia movebitur, siquidem textus conceptis verbis indicat; Chaldei ordinabant tres turmas. Qui vero in sacris appellantur Chaldei, queaque illorum regio sit, de eo nihil attinet dicere, siquidem hoc omnes nōrunt, qui frequenter sacris literis legendis operam impendunt. Verum de Arabibus non una omnium circumferunt sententia, et quidem de verbis, ad que ita commentatur Aben Ezra, hoc est, *exercitus Saboriorum.* Rabbi Meir ad eam interpretationem quām proxime accedit inquisiens: *Et intrat Sēba, id est, castrumetator Sēba* (in scripto scilicet omnium) *secundum illud: occupat in conspectu omnium fratum storum* (3). Quaritur quales Sabei hic anima concipiendi sint, cum per plures eosdem provincias historici distribuant? Et respondemus alios huc melius accommodari non posse, quam Sabros Arabiae, et quidem deserte predones, calculo Bolduccio, non longis virginis lucis à terra Utz distata, ex ea potissimum ratione, quod cum Chaldeis, similes cum similibus, facilius congregentur, qui terram Utz medianam propè temerant, et ab utrovis latere infestare poterunt; ita enī Strabo (4) de illis memorat: *Tradidit: Sabros, qui erant in Arabiā Felici, quidni potius in desertū solitos fuisse excurrende in Syram et Arabiam Petream; et Plinius (5) cum eodem consentit. Fuerunt autem hi populi rapina maximè assueti; quare eam*

(1) Faciunt Gregorius in prefat. cap. I. Suidis in vocalib. Illob. Dominicus Brixensis pref. ad Gregorii moralia. Joannes Arborius in Theopoli. lib. 3, cap. 12. Pined. in pref. c. 5. Schultetus Conc. Typ. I in Illob. Chemnitius in Dissertat. citata, cap. 8. Quamvis aliae recte judicante D. Gregorio valde supervacane queratur, quis haec scripsit; cum tamen auctor libri Spiritus S. crederat; addi igitur: *Ipsa haec scripta, qui haec scribenda dictaverunt.*

(2) In Thesaur. Pl. Iol. et in Clav. Script. pag. 202, ubi hoc de stylo Jobi judicium fert, tanquam opinimus in hac scena artific, quod purus putus Arabismus sit.

(3) Gen. c. 25, vers. 18.

(4) Lib. 16.

(5) Lib. 6. cap. 23.

regionem Octavius Augustus imperator Herodi magno contribuit à lege ac conditione, ut suā diligentia latrones coérceret, latrocínia extinguere (1). Rectius quoque censentur Bolduccio, hæc Sabea seu Sabama magis nota era rusticæ huius nuntio, qui Jobo suram rerum infirmitatem narrabat, quām remotior quæcumque alia; et rabbi Meir equidem longissimam Sabeos ab hæc terra Uz secerunt; quippe qui dicit, sibi et partim in § 15 supra cognovimus: *Cum Atque ibidem inciderunt Sabaei quam celebrerrimæ, cùm essent procul ab ipsis; attende, queso, dicunt rabbini nostri B. M. in commentario quodam mystico, quām subitanè Deus benedictus impetu acceleravit plagas Jobi, usque que ad pagum Cyrinum, tribus viobus, et quām primis pœccatarum, inciderunt Sabaei atque ipsos omnes in prædam converterunt, et annotavimus hoc ad verba, vir fuit in terra Utz, et verbum ΥΕΤΙ (iruerunt) hoc addocet, et admiratione dignum, cùm terra eorum tam longè esset remota, et armata in vicinia urbis pascerent, quoniam hoc consistit cor ipsorum implerunt eadem invadente, et quod nullus præterea adfuerit auxiliator, &c. etc. Verum delicate hujus rabbini aures nobis ignoscant, si dicamus, substanteas ipsum parere fabulas, et errorem ex errore gignere. Propter vicinitatem igitur hæc regiō hisce predomibus, sibi et Chaldeis, cum quibus mutuam ut diximus, furandi et rapiendo operam conjungere poterunt, commodissimè, quam alia quæcumque, patuit. De Chaldeis commemorat Xenophon, dñe diuinissimum historicum, non aliunde eos vivere, quam prædis et incursionibus in regiones finitimas (2). Omnium vero sceleratissimos fuisse arbitror Sabeos perpetui preluis vicinam quæcumque gentem incessantes; est autem notante Pagnino (3), Libith Furia, sive demonum sylvestre; item itaque est ac si indicare vellet, Demoniacum Sabæorum exercitum irruisse in terras Jobi, tulisse boves et asinas, et occidisse famulos; quare Origenes et Chrysostomus hanc credendi necessitatē nobis voluerunt imponere hos latrones ipsos fuisse deomines in formâ hominum apparentes; sed cùm in textu originali cum Chaldeis, veris hominibus conjungantur, hæc in parte illos sanctissimos viros et interpres et iudices sequi pietas prohibet. Hæc omnia si animis attentis expandamus rectius, animum benevolentis lectoris sat superque constituent ac parvunt ad assecentium nostris super propositae sententiae. Accedit et hoc, amicos Jobi, quæcumque etiam conjunctionis specie ei admixti fuerint (4), quæprimū omnem eipsi solutum in discrimine esse adductam*

(1) Joseph. Antiq. lib. 15, c. 4, et l. 1 de bello Iudei, cap. 15. Arabi nomen et omnes habent videntur; descendit enim vocabulum Arabs ab Illob. ΥΕΤΙ commutare merces, cui studiū maxime dediti sunt; Graec et Latini: idem est, ac horrendum stridorem edere, more scilicet ferociissimorum leonum, ut Arabes in prolio.

(2) Lib. 5 Cyropædia.

(3) In Lexico seu Epitome Thesauri Lingue sanctæ, p. 166.

(4) Conatur probare Bolduccius iussim proximo consanguinitatis gradu attingisse in Comm. ad c. 2, v. 11, § 10, pag. 154, immo fuisse reges, Eliphias Theman-

cognoscerent, et Satanam immensis rerum jacturis omnem ejus facultatem extinguere, audirent, alatis quasi pedibus advolasse, ut presentes magnam, novam et inauditam hanc calamitatem inspicerent, et curis afflictissimum animum solatio iterum erigerent. Sic Eliphias Themanites ex urbe Theman, advent, Bildad Suables ex urbe Suah accessit, et Zophar Naemaniates ex Urna supervenit: *Fuerunt Viri magni ē genitibus, Jobo aquales, dignitate et excellētū.* Rabbi Aben Ezra ut de suo quoque aliquid ad hoc addat, dicit: *Eliphias Themanites ē familiā Theman filii Eliphias, filii Esavi est, et quod verisimile, quod ejus acta non adeo remota sit a temporibus Mosis, quod Theman non appropriet, nisi post aliquod generatōnes, et Suahites ē filii est Kethura una cum Isachar et Simeon (1), sed quod cognomen attinet Neamathites, nescimus, num à parte urbis, aut à parte familiæ, eidem attribuatur.* Verum an sodales ejus fuerint aut aliquā ipsum cognatione attingerent, nolum in presens inquirere, ne in qua professionis genere vixerint, indagare, ut nobismedipis omnem prolixitatis sectande occasione amputemus, istas solimū rōdū cognomina examinabimus, et quid nostræ exinde hypothesis roboris accedat, cognoscendo experiemur. Primus vocatur Themanites, patuturque nomen illud gerere, non ab aliquā solimū Idumea provinciali, verum otiam ejusdem nominis civitate, academiā, seu schola illustri celebrerrimæ (2), consenteantibus Theodocto et Hieronymo, quorum postremus suo adhuc vice vilan nomine Theman, ab urbe Petra quinque miliaribus distante, in Idumeā superfuisse confirmat. Sue, à quā Suahites vocatur regio ac urbs est, ad aquilonem sub monte Hermon, ab Abrahami, uti putatur, filio ē Kelurā procreato sic nominata, et non longè à Gamala sejuncta, qui huc hospitū tracta præbut. Tertius in ordine conjunctissimum Jobi numeratur Sopher Naemathites ab urbe Naemā descriptus, frater Eliphias, Jobi agnatus, est habitus. Fretulus à Pineda citatus, ad septentrionem terra Utz cam collocat, sed quenam hæc urbs fuerit, quale regnum, non simul indicat. Bolduccius hunc Septuaginta Ammonitarum principem fuisse docet, idque ē convenientia colligit, que inter istuc duo nomina intercedat, si prior hec manicum Non proponatur, cui compositioni, ipsim alias dubie fundamenti loco substeruit versionem Septuaginta-Virginis, in qua pro voce Naemathides, Minæus, legimus Minæorum rex; Minæus autem esse Ammonitas, exinde declarat, significat, patefacit, quod ubi in Latino textu vox Ammonita occurrat, Septuagrum; Baldad Sancesorum, et Sopher Minæorum. pag. 135.

(1) Gen. 25, 4 et seq.

(2) Probant ē Jerem. 49, 7, ad que verba notat: *Ipse est filius Eliphias, filii Esavi.* Sed propheta non de persona, verum loco aliquo dissertat, et Hulsemannus in Comment. qd illustrat: Theman precipua Edomitarum provincia erat, sic dicta ē filio Eliphias, et nepote Esavi. Teman dicto, ut patet ex Gen. 36, 11 et 34; quidam existimant illum cuius mentio fit Job. 4, 5, 12, 22, fuisse filium Esavi, ut Genebrardus, Isidorus et alii, curiosus amplexu ceteris inscribentes, ut arguit.

ginta semper edoceat esse Minæum locus, quem adducit, 2 Paral. 26, 8, existat, adjuvit eum (Oziam) Deus contra Philistinos Arabes, et qui habitant in Gurbal (hoc est Gerara) et contra Ammonitas (1), appendebantque Ammonites Munera Ozia, quamvis hic Bolduccius Vulgate aliquid tribuere videatur; ipsius tamen collectionem hoc in loco non adeo absurdam esse putamus, repugnante licet doctissimo Bocharto (2) Buntinus in Itinerario sacre Scripturae (3) urbem Theman ad meridiem recedit, et ab Hierosolymis 10 mill. distare confirmat et ab Astharoth Carnapim, quam Jobo sedem adjungit, 25 achesse putat. Sed urbem Sush ab eadem mari Galilee sejungit, ac pluribus ibidem describit; urbem vero Naemā in portione tribus Judee sitam fuisse ē cap. 43 Josue assertit, quantumvis definitum factum ē terra Utz distantiam assignare nequeat. Sic ita ordinatis horum virorum habitationibus, facilis inter eruditos consensus erit ad hanc rem, terram supra prolixè delineatam ipsam esse terram Utz, quod rumor de Jobi adversitatibus statim ad amicissimorum suorum aures pervenerit, quibus permot se dicitum factum in viam dederunt (4) ad sublevandas ipsius solamine miseras, in istac secunda tristitia domo commoratur aliquandiu, quā de re summo eos opere laudat rab. Meir: *Illi viri magnates fuerunt ē gentilibus, et Jobo dignitate aequales fuerunt, sicuti hoc sapientes nostri B. M. colligunt, et statuum de tribus Jobi amicis ex horum principio, quod amicitia et familiaritas non nisi inter aequales (5), et sunt quanplurimi qui ē filii Abrahāni (super quem sit pax) fuisse putant, et ab ipso accepterunt, sicuti accepit Aner, Escol et Manre (6), et porrò dicunt, quod trecenta milia interjecta fuerint inter eorum unumquemlibet (7), queritur igitur non injuria, unde seiverint, quid Jobo*

(1) Multi confidunt quoque Ammonitas et Minæos: illos esse Ammonitas, vel tamen gentem isdem admittunt, vicinam, 1 Chron. 4, 4, et 2 Chron. 26, 7, et sic nomen proprium gentis ē reputamus, sed illos non nisi appellativum declarare arbitramur; per Minæos enim Judei hodie intelligent omnes hereticos, in specie Christianos, et Turcas, item Epicureos, Atheos, vel qui abnegant legem, Carreos, qui legem oralem et traditionis rejiciunt, et textū sacra unice adharent; item qui negant resurrectionem mortuorum, ut Sadducei.

(2) Lib. 2, cap. 22, pag. 158, quo in loco Grecam versionem Hebreæ præferre non veretur, sed male, quod cum venia ipsius dixerint.

(3) Pag. 206.

(4) Amicitia enim est amicorum conjunctio, quos non dirimit locus, preseruit quæ non utilitas causa appetit; hanc autem secundam res parat, adverse probat.

(5) Equalitas, dicente Tullio, pacis et tranquillitatis est atrix, inequalitas vero seditionis seminarium, aquilitas et ad frugilitatem et ad concordiam maxime conductit, et occasionem murmuris excludit, ubi aquila litas. ibi

Velle et nolle ambobus idem, sociataque lato

Mens evo, ac pars dives concordia rebus.

(6) Gen. 14, 15, illi cum Abrahamo in federe fuisse commemoratur; putat ergo veram amicitiam coleendas consuetudinem ab ipso edocere est.

(7) Vetus de pago Cerino error recurrit, quo mens senecte imbata, semper errat.

acciderit? sunt qui dicunt fuisse arbores, que aere facte sint; alii existimant fuisse illis arbores, quea collapse fuerint in terram. Dicit rabbi, hoc est quod homines dicunt, aut amicitia aut mors (sicut et Jobi amici collegerunt ex modo indicatis auspiciis, quod ipsorum conjunctissimum aut viveret, ac ita perstaret in sua amicitia, aut mortuus esset), cap. Baba Batra Thanijoth (1). Et ego dico esse de consuetudine civitatis probe morata, ut, cum aliquis in multa bonorum possessione constitutus sit, et rebus secundis ad voluntatem ferentibus in domo sua fruatur, nemo amantium refugiat invitare amicos suos, et dilectos suos, ut una secum gaudent atque exultent, hi enim non proprio ad ipsum motu venient, qui, secundum sententiam doctorum nostrorum B.M. è praestantiis, filii Sionis sunt. Sed tempore afflictionis ac planctis aliis sese res habet cum ipsis, quia præstat proprio ausu abire in dominum locutus, quād in domum convivii (2). Sique Jobi, divini, ut eum vocat Emmanuel Thesaurus, pugnus fortunæ adhuc florentem, ad hojus terra situm accommoden, ipsius veritatis necessitas hanc à nobis confessionem exprimet, pro eadē superiorē comoditatibus vix reperi. Numerosissimam gregum ac jumentorum multitudinem alebat, et camelis equis prepotens insignem opulentem apparatum ostentabat; ipse verò huic pecorum numero sustentando meliore, et pascuarum amplitudine optatoe terra tractum efficeret hanc potius, quam Idumæam, in qua rerum omnium ubertas et commoditas nullum ipsi commodum clauderet, juncidissimi longè latèque prospectus patebat, et montibus tanquam premullibus, ac præriis perpetuis ab una parte communiebatur Hermonis, scilicet ac Libani intonsum, ut Buchananus eum cognominat, ab altera cam ambibat Jordanes profundissimam a latissimis undis; quare Homerus cecinīt (3):

Galileorum spatiōsū līmē fīnes.

Lexitus Jordan scindit Trachonitis avris;
quoniam periculis adē apertus ejus sub dio pascentes greges expositi essent, nisi ad explorandum ipsius patientiam divina majestas rapaces Arabum turmas per obscuros successus immississet. Ubi hec terra in plantionem erat extensa, fertissimi campi et recteas quasi à montibus Thessaliæ Tempore iuvenio petebantur aspectu, atque ex illis hinc inde circumiacentia frigifera montium juga, ac dorsa florida, colles, tumuli ac grumi virientes, et disseminate quasi valles, convallesque umbrosa, et latissimis graminiis ac castaneis, mactis, coroetis, betuleis, pinetis, salicis, eri-

(1) Equis non Jovem lapidem juraret, haec rabbiorum acuminia vertore esse, quam que apud Sagram acciderint; verum hic oculis magis habenda fides, quam auribus.

(2) Coheb. cap. 7, vers. 2. Sed illud Ovidii verum est:

*Cum juvat et vultu ridet fortuna sereno,
Indubitate cuncta sequuntur opes.*

*At simul intomis, finguunt, neque noscitur ulli
Agnitibus conitum qui modo cinctus erat.*

(3) Lib. 3 Cosmograph., et Plin. lib. 5, cap. 5.

cetis, carduetis, calametis, platanonibus, aspremis, aliquo fructicum generibus, ad pascenda pecora commodissimis consite, palmis verò superbibant omnia, unde et palmifera Idumæa a poetis salutatur, quare et cœbra Scriptura lectio nos can in memoriam veritatis, omnes qui in terra Chanaan pecoribus aliendis, operam dederint, in aliorum pastorum societatem se edentes, greges suos in his comparsis locis, et alimonie insuper et hortensi et frumentaceo commodissimis habuisse; mirum igitur non est Jobum, Deo præserit benevolentie, intra exiguum temporis spatium renæ ad eos magnam fecisse, et economico apparatu et variis legitimisque acquisitionibus ad maximam opulentiam gloriam emiserisse. Cum verò triplex terra Uz seu Idumæa plaga sit, prima circa Damascum, altera ab Arabia desertâ prope Chaldaeam præclusa, et tertia petreæ vicina, aliam Jobo haud assignat volumen quam secundam à Chaldais et Arabibus utrinque cinctam, cuius asserti probatio non nullum nobis faciet negoti; quando enim dicitur, Arabes et Chaldei, naturali in omnes vicinos odii pertinacia ferentes, perfidiros, subdoli, et libidinem snam semper occultantes, fraudibus involuti, flagitiis quibuscumque commaculati, speciæ bonarum artium falsi et amicitia fallaces, nec non habita ac ore ad exprimendas bonorum virorum imagines exercit, haue terram minaciter invassisse, ejusque per prata pascentes oves bovesque diripiisse, sequtur quod inter illos media interjecta fuerit, id quod de nulla alia majoris veritatis specie, dici potest, quam de terra Uz, et in specie, parte secunda, cuius metropolis Botra celebratur.

§ X. Hæ ipse sunt rationes nostre qualescumque et pro nostri ingenii modo ac pœde collectæ, que cum tamem vera sint, in eam nos spem erigunt, firmo omnino ac tuto stare tali opinione nostram, à qua doctissimorum virorum, quos devotè colimus et veneramus, sententia non adeo dissonem esse possint. Equidem nunc ordinis ratio et cause affinitatis in eam operis necessitatibus nos adducere videtur, ut certum quoque locum in hac terra definiamus, qui Jobi et natalis et fatalis fuerit, et vario vite genere, Deo sic clementer providevit, euendum exercevit, sed cum verearum, ne limites brevitas transiliamus, et novum hoc negotium plurimis difficultatibus circumseptum esse intelligamus, à quibus scilicet removendo non agrediret attoller possumus, præsens hoc tempus illis expeditis imperire nolumus, quin potius, tanquam integræ dissertationis materiam nobis reservamus propriam, et melioris virtutis incitamentis conscribendam. Internis his paucis et exiguis admodum laboribus ingenii vires atteatissime sufficiunt, quando doctissimorum virorum estimatio non hoc opere subegit, ut eorum dissensum ad aliquem harmonice consensum revocare, et vagos ac incertos aliorum strepitum dampnaremus, sane rationis dictamine nobis præludente. Te, benevolè lector, rogatum volumus, ut si quam ex his lucubrationibus subcisivis benevolentie tua partem occupaverimus, nos constanter ames, tu quoque favore protegas; sin cupiditatem tuam neque verborum sua-

vitate, neque rerum momentis explore poterimus, nolumus tamen ut nobis aliquis Job filias (1), sed nos pro opibus nostris moniti extruxisse cogites, quam primum et nobis quoque melior terra Utz, plenior consilii ac opis aliena; nec non vacua magis otii, concedetur habuenda, studiis melioribus et majori curâ elaborato specimen, protectionis tue beneficium persequeremur. Interim, ut Arabes loquuntur: *Quo quis calco calcetur nudipes* (1). Ad portum autem appellenates, omnia nostra merita ad supremi Numinis gloriam celebrandam veniunt, quippe qui signe hoc nostrum ingenium excitavit, ne socordia elanguatur, et benignè nobis vires suppeditavit, ut cepta habeat nostra ad optatum exitum perducerentur. Omnis hæc vita nostra summi hujus beneficii memoriam non exuet, sed in ipsis decantandis laudibus absumeret denique, et sic ejus erit.

(1) Origenes et Pineda nomen Job derivant à radice inuicuum esse, quasi Jobus perpetuus cum Satàn iniicitias exeruerit.

MATTHÆI MULLERI

DE ANGELORUM CONCILIO AD JOB I, VI,

Dissertation.

CAPUT PRIMUM, præmittens

1^a Præcipue versiones; 2^a coherentiam loci cum præcedet.; 3^a logicam ejus analysis.

§ 1. Vulgatus:

Quodam autem die cùm venissent filii Dei, ut assistent coram Domino, affuit inter eos etiam Satan.

Alius:

Et fuit dies et venerunt filii Dei, ad standum juxta Iehovam; et venit etiam Satan in medio eorum.

§ 2. Coherentia loci, cuius catetor quicognitio multum lucis afferre Scripturarum interpreti solet, facilis inventu hic est. Ejus enim vinculum in primâ statim voce designat inseparabilis particula quam nonnulli per et, ut Septuaginta; alii verò, ut Vulg., per autem verterunt: utrèque enim significatio, scilicet copulativa et adversativa particulam hanc gaudere pervenit. Ceterum nec late quodam ista quandoque per præterea, sic, etc., reddenda, transitioni serviat et consecutione insinuat, nonnumquam verò pleonastice redundet, dum ex usu linguis integros libros, capita et versus inchoat. Hoc autem loco minime redundans, non tantum proprium locum hunc cum præcedet. copulare, sed et transitioni servire et consequenti aliiquid singularium Jobi virtutum in præcedent. vers. 1 et 3 descriptarum, quod fuit inuidia diaboli, tentatio et persecutio, designare videatur. Tantum enim tanque sanctum plane virum inuidus Satan ulterius in felici vivere statu quem (præcedentes versus à 1 ad 5 deponit) sine criminatione et tentatione videre non potuit. Igitur die quodam, cum

filii Dei, seu angeli, coavenirent, ad standum coram Deo, impudenter etiam diabolus supervenit, calumnaturus Jobum. Unde et Deus, ut omnibus innotesceret, quem verborum sonitum is percussus redire, vacuisse esset, an solidâ pietate polliceretur, permisit illum non externis tantum opibus locupletatum, sed virtutum quoque cumulo conspicuum et a Satàn hypocrisis insinulatum probari, mundo sic patiente, fortitudinis et sanctitatis exemplar, ipsique angelis spectaculum fieri, ut tandem vinceret simulque specimen constantia ederet: quomodo et Abraham singulariter tentato angelus Iehovah dicit: *Jan cognovi quod timeas Dominum, Genes. 22, 12.* Laudamus hic Pinedam Jesuitam Hispanensem, qui Com. in Jobum, tom. 1, nexus loci hujus euendum in modum exponit. Ut verò nexus tanto magis appareat, ab ipso capitio hujus principio arcessere illum breviter non pigrum. Nimirum post descriptionem tentati hujus Jobi à felici statu, à vers. 4 usque ad 5, legendarum quod pertinent, 1^a sedes ejus ac habitat, quo est terra Utz; 2^a morum recitudo, quibus dicitur 1. vir integer, 2. rectus, 3. timens Deum, 4. recedens à malo, vers. 1; 3^a literorum multitudine, vers. 2; 4^a opum et familiæ magnitudine, vers. 3; 5^a gloria et extimationis amplitudo, ibidem; 6^a coniectorum, quibus fraterna liberorum concordia declaratur, hilaritudo, vers. 4; 7 provida Jobi pro pietate et salute liberorum sollicitudo, vers. 5; post hanc, inquam, felicissimi ejus statutus descriptionem, pergit auctor libri secundum miserum ejus et calamitosum recensere statum, et 1^a quidem ostendit, quomodo calamitas illa sit procurata à vers. 6 ad 12; 2^a quomodo ipsi omnianita à vers. 13 ad 19; 3^a quo-